RACCOLTA

D'OPUSCOLI

SCIENTIFICI E FILOLOGICI.

TOMO NONO.

ALL' ILLUSTRISSIMO

Ed eruditissimo Signore

IGNAZIO MARIA

COMO.

IN VENEZIA:

APPRESSO CRISTOFORO ZANE.

Con Licenza de' Superiori, e Privilegio.

MDCCXXXIII.

ILLUSTRISSIMO,

ED

ERUDITISSIMO SIGNORE.

SAREI giustamente tacciato d'ingratitudine, se dopo tanti favori da voi ricevuti, e dopo l'aver voi cotanto contribuito all'avanzamento di questa mia Raccolta, non avessi procurato di darvi un pubblico attestato del mio gradimento, e della somma stima che ho per voi, e per le nobili, ed eruditissime vostre produzioni. Fin ad ora me ne ritenne la vostra modestia, che v'insegna a fuggire qualunque dimostrazione di stima che sia a voi renduta; mà io non deggio questa volta lasciarmi vincere; poichè se così

farò, non avrò mai il piacere di soddisfare, non già pienamente, perchè ciò è impossibile, ma in qualche modo a quelle molte obbligazioni, che con le vostre grazie dispensatemi senza misura voi fate ogni giorno più crescere. Nè imitando io il costume di chi offre i suoi libri a qualcheduno, tesser voglio un lungo elogio de' vostri Maggiori, e della nobiltà della vostra cospicua famiglia. So bene che venuta essa in Napoli co' primi Re Angioini, non solo è trà le Famiglie Nobili Napoletane annoverata, ma gode ancora la Nobiltà in molte delle primarie Città d'Italia, come in Milano, in Firenze, in Lucca, e in altre. So che potrei lungamente discorrere de' vostri Antena-

tena-

tenati, e particolarmente di F. Guglielmo, che nel Secolo XIV. fu ascritto alla Sacra Milizia de' Cavalieri di S. Giovanni, di F. Corradino che fu Cavaliere della stessa Religione, e di D. Pietro che nel Secolo passato Cavaliere di S. Jacopo, che è uno de' quattro Ordini che dispensa la Corona di Spagna, fu dichiarato. Ma so altresì che voi non tanto splendore dalla vostra Nobilissima Famiglia avete ricevuto quanto ad essa n' avete recato, con le molte vostre pregevolissime doti, e virtù, delle quali il bellissimo animo vostro è fregiato; ond'io lasciando da parte i vostri Maggiori, di voi solo voglio parlare, non avendo bisogno di mendicare motivi di lodarvi dall'altrui virtù,

tù quando con le vostre me ne date così ampia materia, che ben veggio che valevole non sarò a celebrarvi: non dico già quanto il richiede il vostro merito, ma quanto è bastante a dare un' idea non adeguata di voi.

E in fatti chiunque non vi conoscesse, non potrebbe certamente dalle mie parole formare di voi quell' alto concetto che dovrebbe; imperciòchè dappoichè vi avrò celebrato, e per la Letteratura, e per la pietà, e per la modestia, avrò ben detto qualche cosa di voi; ma non avrò detto che una minima particella di quel molto che dir potrei.

L' ozio da voi sempre considerato come nemico, fu la cagione

gione per cui attendeste fino dagli anni più giovanili agli studj più serj, i quali avendovi logorata affatto la salute, non vi danno ora che il piacere di attendere alle belle Lettere, all' antichità, ed all' Istoria. Le produzioni del vostro ingegno in questi generi meritano tutta l'approvazione, e ben so io quanto ammirate, e lodate sieno le due belle elegie, l'una in lode del Signor Co: Giovannartico di Porzia, l'altra dell' eruditissimo Signor Dottore Muratori, che ho avuto l'onore d'inserire nel Tomo settimo, e nell'Ottavo della mia Raccolta; ma molto più ne meriterebbero, se vi risolveste di pubblicar i due poemi da voi composti, l'uno in lode di Clemente XI. allora

 quando

quando fu al Trono Pontificio esaltato, e l'altro da voi fatto in occasione che il P. Cammillo Eucherio de' Ruinzi, insigne Poeta della Compagnia di Gesù, stava per dare alle Stampe quel suo dottissimo Poema de Balneis Inarimes *in cui con ingegnosa finzione fate discorrere i Medici ad Apollo per pregarlo a non far uscire dal Torchio l'Opera suddetta; perchè se mai ciò avesse permesso, sarebbe stato loro d'uopo d'applicare ad altra Professione per vivere, non avendo più di loro bisogno l'umano genere, trovandosi in quel solo libro la Panacea universale per tutti i mali. La qual instanza non è da Apollo esaudita, anzi da esso vengono persuasi i Medi-*

Medici ad acquietarsi, e vien loro insegnato il modo, con cui rendere il proprio mestiere sempre necessario, e perciò lucroso. Questo vostro acuto, e dotto Componimento, se vedesse la luce, e incontrerebbe senza alcun dubbio l' universale approvazione; poichè oltre all'eleganza con cui è scritto (io parlo per testimonio di chi lo lesse, e di chi può darne un' adeguato giudizio) e l' arte con cui è condotto, è ancor ripieno d' acutissimi sali, non però offensivi d' alcuno, che rendono la sua Lettura molto amena, e dilettevole.

Non defraudate perciò il Pubblico di questa vostra fatica: nè fate che la vostra modestia gli sia di pregiudizio. Io

so bene quanto essa sia grande, e so che se qualche vostra fatica sopra antiche Iscrizioni, nella interpretazione, e spiegazione delle quali con singolare, e distinta erudizione vi segnalate, è stata ammirata fino dalla Reale Accademia di Parigi, non vi volse meno dell' innocente inganno d' un vostro amico, che senza vostra saputa ha colà spedito alcune delle vostre eruditissime produzioni. So ancora, e molto potrei dire, come quegli che in fatti lo provo, a quanti dentro o fuori d' Italia voi somministrato avete, e somministrate ancora recondite, e singolari notizie per servirsene nelle loro opere, sempre pregandoli a volerle far pro-

prie,

prie, senza palesare che da voi ricevute si sieno.

Ma se tanta è la vostra modestia, non è però minore la vostra pietà, la quale non solo vi porta a beneficare chiunque ha per voi amore, e stima, ma ancora non di rado i vostri stessi emuli, e quelli a' quali secondo le false regole del Mondo a nuocere eravate spronato; usando ancora di più tutta l'arte per benificare, e occultare nello stesso tempo il Benefattore. Chi filosofando ha del cuore umano acquistata una perfetta notizia, ben vede di quanta virtù dee essere fornito chi arriva fino a questo segno. Io non mi estendo più oltre a parlare della vostra pietà, avendone a mio cre-

credere detto abbastanza; onde tralascierò di dire che da essa derivano tante belle produzioni del vostro ingegno, come sono, e le belle Elegie, e Odi sopra la Passione di Nostro Signore, e sopra l'Immacolata Concezione di Maria Vergine, e la Vita di S. Ignazio di Lojola di cui portate il nome, assieme con quella di S. Filippo Neri ristretta in Epigrammi.

Venti delle più rinomate Accademie d'Italia si gloriano d'avervi ne' loro Cataloghi, e tra il ruolo dei loro Accademici. La vostra Patria, e tutto il Regno aspetta con ansietà la bella Storia Ecclesiastica Latina in cui le Vite de' Sommi Pontefici, e Cardinali usciti

da

da coteſto Regno avete deſcritte, e con la quale reſtituirete alla loro Patria più d'un ſacro Eroe, che dagli Scrittori foreſtieri le viene involato; e così dimoſtrerete che ſe avete le virtù che vi rendono ottimo nel conſpetto di Dio, e degli uomini, non vi mancano ancora (come già non vanno diſgiunte) quelle che coſtituiſcono un perfetto Cittadino amante di fare colle altrui virtuoſe azioni fiorire in tutti i ſuoi Concittadini quelle virtù che in voi, e negli Eroi de' quali avete ſcritta la Vita, s'ammirano.

Ma non voglio più trattenervi in diſcorrere di coſe che diſpiacere vi poſſono, ſtimando di farvi coſa grata nell'omet-

tere quel di più che di voi dire potrei, per darvi qualche ragguaglio degli Opuscoli che compongono il presente Volume. Voi troverete in esso molte produzioni di celebri Autori che per la prima volta sono concorsi ad onorare questa Raccolta.

L'uno de' principali è il Reverendissimo Padre D. Guido Grandi, *Abate Visitatore Camaldolese, Teologo del Gran Duca di Toscana, e Pubblico Professore di Mattematica nell' Università di Pisa, a cui essendo per molti titoli obbligato e tenuto, ora mi crescono gli obblighi per avermi egli favorito con quella sua Dissertazione, che si legge in questo Tomo pag.* 271. De Formulis piæ me-

memoriæ, & bonæ memoriæ, & ſimilibus ad perſonas viventes quandoque applicatis. *Un certo Monaco di Vallombroſa, deſideroſo di farſi nome, ſi poſe ad impugnare dopo ventiquattr' Anni le Diſſertazioni Camaldoleſi che uſcirono in Lucca l' Anno 1707., e tra l' altre coſe, che dice nelle ſue Queſtioni Vallombroſane, dirette ad impugnare il Libro delle Diſſertazioni del P. Abate Grandi nella quiſtione nona aſſeriſce che la formula* Piæ memoriæ, bonæ memoriæ *ec. non ſi ſia mai applicata a perſone viventi, come il P. Abate avea detto, apportandone però due ſoli eſempli nella Diſſertazione ſeconda.*

Qui ſe ne riportano venti-

quattro

quattro che dovrebbero convincerechiunq; ha buona, e sana mente.

Ne vi maravigliate eruditissimo Sign. che il P. Abate non nomini giammai il suo Avversario in questa Dissertazione, non avendola egli scritta per rispondergli; ma per mostrare a quelli che ne dubitassero, quanto bene fondata sia la sua asserzione. Egli non ha voluto far l'onore di rispondere al libro di lui, ma ha lasciato che risponda il P.D. Vital Marzi *di Faenza Monaco Camaldolese, al quale essendo stato replicato dal P. Vallombrosano ch' è il P.D. Fedele Soldani con un libro in cui non sapendo a quai ragioni ben fondate appigliarsi, vi ha sostituito i detti mordaci, e le parole pungenti. Il P. Marzi presentemente in due soli mesi ha fatto un' adeguata risposta che compari-*

rà

rà ben presto alla luce, e in cui si vedrà adoprata quella moderazione che si desidera nel suo Avversario.

Al dottissimo, e gentilissimo Sig. Dot. Lodovico Antonio Muratori *sono in ispezialità tenuto per avermi favorito con la Dissertazione sopra l'Ammianto del Sign. March.* Ubertino Landi, *e con la dotta Lettera del Sig.* Ferdinando Gasperoni. *Questi sono due Autori pure che per la prima volta compariscono ad illustrare questa Raccolta. Il Sig. March. Landi è a voi noto, e già averete d'esso lette le altre belle produzioni che stampate sono nel supplemento de' Giornali d'Italia, Tomo primo, e Tomo terzo. Egli recitò questa sua Dissertazione nell'Accademia Fisico-Medico-Mattematica di Piacenza di cui è uno de' fondatori.*

Tre

Tre altri Autori compariscono di nuovo, e sono il P. Stanislao Santinelli Somasco *il quale certamente nella spiegazione della Medaglia di Vaballato, che quì si legge da esso con somma gentilezza e bontà favoritami, non mostra minor erudizione, e dottrina di quello che mostrato abbia in tante altre nobili, e dotte produzioni, ed illustrazioni dell'antichità che ha dato alla luce: il Sig.* Michele Lazzari *della cui Interpretazione sopra l'Iscrizione trovata nella Villa di Riese sono debitore al Sig.* Pietro Gradenigo *Veneto Patrizio, che merita molta lode non solo per il buon affetto che mostra verso tutti quelli che coltivano le lettere, ma ancora per aver raunata una nobile Libreria di*

scel-

ſceltiſſimi manoſcritti. Lodovico Caſtelvetro è il terzo, la cui eſpoſizione ſopra la Canzone del Petrarca, voi ben vedrete che al compitiſſimo, ed eruditiſſimo Sig. Arciprete Baruffaldi io deggio.

Alla Diſſertazione del Sig. Lazzari ſi è unita un' Appendice che contiene alcuni monumenti i quali è ſembrato bene al ſudetto Sign. di pubblicare per comprovazione di ciò che d' Aſolo, e del ſuo Veſcovado egli dice alla pag. 241. e ſeg.

Si potrebbe a queſti aggiungere un' altro Autore che non è più comparſo in queſta Raccolta; ma godendo egli nella ſua Lettera in cui ſi dà giudizio d' altra Lettera ſtampata ſopra un parto moſtruoſo nato nel Territorio di Saltara, di rimanere ſenza nome, a me non tocca di paleſarlo; baſtando-

mi

mi il dirvi d'averla avuta quãdo era ancora vivente, dal Sig. Cav. Antonio Vallisnieri, degno di lode immortale, e mio singolare benefattore ed amico. Le altre operette che in questo Tomo si leggono, se si eccettuino le Osservazioni del Sig. Parisotti per le quali mi confesso tenuto all'eruditiss. Sig. Dot. Facciolati, Pubblico primario Professore di Logica nell'Università di Padova, e la Dissertazione del P. Mazzucheli, che già era stampata, le deggio a' loro Autori.

Ecco, eruditiss. Sig., ciò che contiensi nel Tomo nono di questa Raccolta, che vi prego ricevere sotto la vostra protezione, seguitando a favorirla, come avete fatto fino al presente, mentre sempre più io mi dichiarerò.

Di Voi Illustr. ed eruditiss. Signore.

Venezia, il dì primo Nov. 1733.

Umiliss. Dev. Obblig. Serv.

D. A. C. M. C.

INDICE
DEGLI OPUSCOLI
DEL PRESENTE
Nono Volume.

ER-

ERRORI NOTATI

Nel Tomo Ottavo

Degli Opuscoli.

	Errori.	*Correzioni.*
Pag. 45. lin.ult.in postil. (1)	lib.9.	lib. 6.
70. l. 18.	diferire	di riferire
84. l. 10.	exultant	exultantes
93. l. 8.	ne i Romani	nè i Romani
114. l. 26.	*crovico*	*cronico*
125. l.penult.	egii	egli
134. Not. (38) l. 2.	e non quarta	e non decimaquarta
138. l. 32.	Ferraris	Ferrariis
194. l. 29.	Ughalli	Ughelli
277. l. 14.	impiegi	impieghi
319. l. 24.	ETI	TETI.
327. l. 14.	puerile	puerili
330. l. 6.	transeamns	transeamus
341. l. 1.	ti	si
346. l. 14.	ciò	di ciò
ivi	Dà	Dia
441. e 442. l. 1.	reliquisse	reliquisque
451. l. 2.	objice	obice
492. l. 24.	itione	tione
l. 25.	felicitur	elicitur
l. penul.	lteras	teras

Nel Tomo VI. a c. 512. dove si legge questo verso: *Ferrarian cordi tibi sit o Sante Georgi*, vi è errore, e dee leggersi: *Ferrarian cordi teneat o Sante Georgi*.

NOI

NOI RIFORMATORI
Dello Studio di Padova,

AVendo veduto per la fede di revisione, e approvazione del P. F. Tommaso Maria Gennari Inquisitore, nel Libro intitolato: *Raccolta di Opuscoli Scientifici e Filologici*, *Tomo Nono*, non esser cosa alcuna contra la Santa Fede Cattolica; e parimente per attestato del Segretario nostro, niente contra Principi e buoni costumi: concediamo licenza a *Cristoforo Zane Stampatore*, che possa essere stampato; osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite copie alle pubbliche Librerie di Venezia e di Padova.

Dat. 9. Novembre 1733.

(
(Andrea Soranzo Proc. Rif.
(Pietro Grimani Cav. Proc. Rif.

Agostino Gadaldini Segr.

XIII

PRO

BERNARDINO CORIO

MEDIOLANENSI
HISTORICO

DISSERTATIO

JO: PAULI MAZZUCHELI
C. R. C. S.

EDITIO SECUNDA.

Sapientiſſimo Viro
JOANNI SITONO DE SCOTIA.

Jo: Paulus Mazzucheli C. R. C. S.

QUoniam in libello nuper adverſus me typis emiſſo nihil momenti penitus eſſe agnoſcis V. Cl. niſi ea forſitan, quæ ad Bernardini Corii auctoritatem e medio tollendam injuſte admodum evocata ſunt, me idcirco rem tuo gratiſſimam ingenio facturum non inaniter ſpero, ſi poſt indigne habitæ Patriæ noſtræ tutelam, ad tanti etiam ſcriptoris nomen ſuſtinendum accurram. Poſtulat hoc fides ſpectatiſſima, qua ipſe in annalibus conſcribendis ita ſemper pro virili parte uſus eſt, ut eorundem etiam Sfortiadum Principum, in quorum aula ſplendide verſabatur, maculas & ſcelera in aſpectum omnium efferre non pertimuerit. Poſtulat Patria ipſa, ne, qui pro

æternanda ejus gloria se studiis ac laboribus totos devovere, & pene interemti sunt, impune ab adversariis post mortem lacerentur, quasi non responsuri. Sed cum hæc posterorum gratia potius, quam præsentium sint mihi literis demandanda, expedit oblatam scribendi occasionem breviter simul, ac dilucide attingere; tum necui unquam tædio meus iste qualiscumque labor futurus sit, tum ne ejus olim divinandæ necessitas aliis injungatur. In dissertatione itaque apologetica tres circiter abhinc menses edita, recuperandi ergo laribus nostris alterius Romæ cognomentum, abunde satis ostendi epigramma illud, quod in Regia Papiensi Urbe ad caput Ticini Pontis nunc legitur, insculptum fuisse anno 1359. jussu Principis Galeatii secundi Vicecomitis, cum exaratum antiquitus in Romanæ Mediolanensis Portæ superliminari extaret. Hinc Corium notæ jampridem fidelitatis scriptorem ab insigni I. C. Antonio Gatto in Gym. Ticin.

Ticin. hist. cap. I. inclementer acceptum vindicare ac tutari conatus sum, quod illis super versibus ea plane, pro imposito sibi historici munere, enarraverit, quæ ipse mox indicavi, & quibus inter Papienses, licet rerum Patriæ suæ non amantissimos minus quam peritissimos, nemo per annos ducentos & novem refragari unquam auditus est. In hac vero lite pertractanda ita me gessi, ut nihil magis cordi fuerit mihi, quam summam erga eum, a quo paucissimis in rebus, & pro Patria tantum dissentiebam, existimationem ostendere, atque ab iis omnibus penitus abstinere, quæ agrestium hominum mores præseferunt, & jurgia sapiunt, quibus viles e trivio mulierculæ tantopere superbiunt. In spe siquidem eram me a literato viro non dissimili omnino ratione habendum esse, siquid fortassis pro ingenio suo unquam reponere voluisset: fortassis inquam, cum res, in qua scribenda versatus sum, tota a vertice ad calcem

de facto sit, & insuper adeo per se clara, ut de ipsa profecto disputari nequeat Philosophorum more serram eandem continue reciprocantium. At inimicus homo *libelli auctor*, quisquis is est, male tectus tamen, ita contra me exarsit, ut cæli, terræque oblitus injurias omnes, convicia, ac maledicta undequaque evomuerit, ea demum quoque, quæ ad personam, nihil omnino ad rem spectant, insolentissime effutiens. Quo in genere eum semper ante me collocari non tantum patiar, verum etiam gloriabor, cum aliud vitæ meæ institutum sit, nec artem hanc unquam professus sim, qua vel Gottescalchus ipse deslenda prædestinatianorum hæresi, aliisque miserrime infectus eminuit. In Carisiacam enim Synodum adductus, ut pro suis palam, quod reapse egit, opinionibus longe lateque dissereret, cum nihil amplius tandem haberet, quo satis Patribus facere posset, furiis quasi agitatus in singulorum contumelias erupit, teste

Hinc-

Hincmaro in epistola ad Amulum Archiepiscopum Lugdunensem.

Quod autem hic impugnare aggredior, illud est, quod libelli p. 6. 7. & 8. adversus me quodammodo Majestatis reum impetu plusquam præcipiti conscribillatum occurrit:
„ Estosis tamen, Gattum voluisse
„ Corium mendacem scriptorem,
„ & dubiæ fidei in illo loco. No
„ vane fortassis hæc erant, igno
„ ta forte te doctioribus Parenti
„ bus nostris, Avis, Abavis? non
„ sane. Alias contra Corium hæc
„ accusatio proposita, & quidem
„ non clam, nec apud Indos:
„ sed in Italia; quodve amplius
„ est, coram Principe, coram Se-
„ natu nostro, Patribus nostris le-
„ gentibus, nec repugnantibus:
„ neque hæc scripta contra Co-
„ rium prolata ab homine ne-
„ quam, vel Historicorum vel tem-
„ porum ignaro; sed ab Episco-
„ po doctissimo, eruditissimo: uno
„ verbo a Hieronymo Vida, cu-
„ jus tu scripta dissimulans, quæ
„ tecum forte non faciunt, actio-

 „ nis

„ nis tertiæ contra Papienses laci-
„ niam refers, omissa actione pri-
„ ma, quæ licet apud me parum
„ fidei habeant, Vidæ exclamatio-
„ nes, in eum tamen, ut mihi vi-
„ detur, detorquendus erat cala-
„ mus tuus, & eruditi Sito-
„ ni nostri, quod ut aliquando
„ efficiatis dictæ Orationis primæ
„ laciniam vobis transcribo. *Aje-
bant enim nescio quem recentem rerum
scriptorem (Coriarium si recte memi-
ni nominant) qui Mediolanensium an-
nales conscribit &c. Nunquam ego in-
genue fateor judices legeram istos an-
nales, quos meo deinde jussu familiares
mei ad me attulerunt; nihil mihi longius
fuit, quam exploratum habere, quanta
esset scriptoris dignitas, quodve scriptio-
nis genus, ut deinde judicare possem,
quanta ejus dictis fides, & authoritas
deberetur. Sumsi librum in manus. Dii
magni horribilem, ac novam historiarum
congeriem. Ad primæ paginæ aspectum
cohorrui, dum latine saltem scriptam
historiam expecto, incido in verba,
quorum usus vulgaris, ut a nutrice
loqui ille didicerat, nec ea quidem
val-*

valde bona; visus sum mihi audire hominem loquentem ex eorum genere, qui ad nos ex Vallis Tellinæ tabernaculis frequentes venire solent, ut se minuta mercedula nobis locent ad deferenda onera omnibus expositi. Pergo, ut possum, ulterius legendo, & vim mihi metipsi quodammodo affero. Dii immortales, quo stomacho, quanta nausea &c. non potui fateor durare, quo usque ad locum pervenirem. Legant quibus est ferreus stomachus, quive hoc genere eloquentiæ delectantur. Nam quis est iste Coriarius homo novus, recensque scriptor, ut ejus dictis aut scriptis opus sit tantum fidei adhiberi? atqui dicent: scripsit annales, quasi vero omnium annalibus debeatur fides. Quid si illi essent hominis novi, recentisque scriptoris, quem plerique vestrum judices videre potuissetis istiusmodi res scribentem? Quid si hominis idiotæ, illiterati, stupidi omnia perverse, præpostereque scribentis, sine ulla arte, sine usu, sine legibus, sine ratione, in summa rerum omnium ignoratione versantis, usque eo ut se ipsum quoque ignoraret &c.

Ponit enim ſæpe Poetæ alicujus figmenta pro hiſtoria rerum geſtarum, eiſque fidem adjungit, ut Veneris adventum in Italiam cum toto amorum comitatu, oſtenditque ſe plane ignorare alias in poemate, alias in hiſtoria obſervandas eſſe leges &c. Quam ſubleſtæ fidei ſit, ac plane metuendus *libelli auctor* vel ex hoc facile cognoſcere potes, eruditiſſime Sitone, quod integrum Hieronymi Vidæ textum lectoribus nequaquam exhibet, ſed plurima, & non ſemel, de induſtria, commodaque machinationi ſuæ dexteritate baſilicè prætervehit; nequis ſcilicet irarum cauſam deprehendat, qua in laudatiſſimum Corii nomen ultra urbanitatis, rationis, veritatiſque limites graſſatus eſt Cremonenſis Declamator, & illico per ſe videat nullo prorſus habenda loco eſſe jurgia illa, quæ ſola declamandi, ſeu verius debacchandi licentia, ac extremo, poſt magnam vim auri argentique conſumtam, perdendi cauſam metu in vulgus, & ad æternam poſteritatis totius nauſeam effuſa ſunt.

Cum

Cum ea igitur celeberrima lis exarderet, qua per annos plurimos coram Excellentissimo Mediolanensi Senatu Cremona & Papia inter se vehementer rixatæ sunt, ut quæque tandem sibi primum in Insubriæ Provincia locum post Patriam nostram assereret, recepta jam tum apud omnes Bernardini Corii auctoritate se tutos invictosque adversus æmulam urbem Ticinenses præstabant, scribentis p. 4. Hist. Mediol. Papiæ secundum a Mediolano locum obtigisse in regio augustoque Joannis Galeatii funere primi Mediol. Ducis vita functi anno 1402. pridie nonas Septembris. Hoc autem exemplum vix credi potest, quantum per se ipsum solum negotii facesseret Cremonensibus, & ad desperandam e lite victoriam prorsus adigeret, cum validas alioqui, nec contemnendas profecto sua ex parte rationes haberent. Quamobrem M. Hieronymus Vida Albæ Ligurum Episcopus, octogesimum jam ætatis annum agens, cum sibi demandatum

tuendæ Cremonæ munus læto animo, & maxima quæque speranti suscepisset, in extirpandam ac funditus tollendam Corii auctoritatem se, quantum viribus eniti poterat, totum convertit. Hinc injurias omnes, dicteria, contumelias, jurgia, derisiones, & quidquid graviori adhuc nomine censendum venit, adversus optimam sinceri adeo scriptoris famam inficetissime evomuit, subdens tamen iterum ac tertio, ne forsitan bellua videretur, quid in causa esset, cur animus suus jam senio fatiscens tanta in dicendo ebulliret iracundia, quod vafer admodum *libelli auctor* semper silentio involvere ac prætermittere in rem suam esse maxime duxit, necui unquam doloris ejus argumentum pateret, palamque fieret repente, quæ fides ipsi in hujusmodi jocis, conviciis, & ineptiis adhibenda. Scribit itaque furenti bile correptus senex: *Ajebant enim nescio quem recentem rerum scriptorem (Coriarium, si recte memini, nominant) qui Mediolanensium anna-*

annales conscribit, attestari in exequiis Joannis Galeatii Vicecomitis Mediolanensium Ducis, inter civitatum Legatos, qui ex tota provincia convenerant ad comitandum, honestandumque funus, principem locum Papienses præ nostris tenuisse. Nunquam ego, ingenue fateor, judices &c. Eadem inferius repetit Cremonensium Declamator, quæ iterum fidelis *libelli auctor*, amicus noster omittit elegantissimo illo schemate, latini figuram vocant, *& cetera*. Tertio etiam more suo exclamat in rabiem magis magisque versus Hieronymus Vida: *Ponit enim sæpe poetæ alicujus figmenta pro historia rerum gestarum, eisque fidem adjungit, ut Veneris adventum in Italiam cum toto amorum comitatu, ostenditque se plane ignorare alias in poemate, alias in historia observandas esse leges. Quid? Nonne quoque fieri potuit, ut ea, quæ pertinent ad istas exequias, expiscatus fuerit ab aliquo Papiensi, qui piaculum esse non duxerit aliquid pro patria mentiri?*

præ-

præsertim cum intelligam eam villam, in qua isti annales confecti fuerunt, non multum disjungi ab agro Papiensi.

Quotquot igitur injuriarum ab octogenario vate, ultra aras, patriæ amante passus est Corius, quotquot appetitus insulse ac per summum nefas ludibriis fuit, quotquot denique currente anno 1550. inhumaniter nimis acceptus pertulit maledicta, ea propter Papienses tantummodo, non aliorum ergo, omnia penitus subiit, quibus explorata auctoritate sua mirum quam præsto fuerit, ut Cremonensibus fortiter ac gloriose obsisterent, & ne unquam in causa victi caderent, ex qua tota Regiæ urbis gloria pendebat. Sed quæ inaudita novissimi hujus Papiensium rerum scriptoris barbaries? Quæ pudenda ingrati animi labes? Quæ execranda istius hominis indoles? Uti nunc iis omino jurgiis ac contumeliis prorsus ad immortalem Corii famam delendam, quibus ob Ticinenses dumtaxat oneratus Co-

rius

rius fuit, & in os ejus modo impingere ac recantare, ut grandia & dissoluta nondum argumenta, injurias illas, quas non alio crimine subiit optimus eques, quam quod summo Papiensium bono diligentissimum, pro officii sui partibus, in enarrando Joannis Galeatii funere se gessit. Pejoribus sane conviciis & opprobriis longe majoribus discerptus fuit, Episcopus Vida ab Historicorum Ticinensium Principe Bernardo Sacco, qui eum postulare non erubuit, ac vocitare hominem jactabundum, somniatorem, rerum historicarum imperitissimum, ingratum, mendacem omnino, invidum, maledicum, calumniatorem, profugum ab Ecclesia, juris humani expertem, atque hæreticorum occidentalium Imperatorum fautorem. Sed quod nefandum scelus esset, & laqueo dignum, si quis modo Cremonensium rerum scriptor ac laudator, ad obscurandum Hieronymi Vidæ nomen, memorata omnia convicia in ipsum temere vibraret, quæ

non

non alia ſane de cauſa, anno 1565. in hiſtoriæ Sacci editione, inclytus vates ille, nonageſimum & quintum jam ætatis annum ingreſſus, audivit, quam pro defenſo, licet effrenate nimis, adverſus Regii Ticini jura Cremonæ principatu? Quibus etiam maledictis, ſannis, ac deriſionibus acceptus non fuit celeberrimus Julius Nigronus, dum in aſſerenda Sanctiſſimi Ignatii Loyolæ conſtantia ſe totum adeo poſuit, ut extremum quoque vitæ alitum tam religioſæ cauſæ donarit? Sed quæ maleſana, immo & ſtygia feritas eſſet, ſi quis nunc Societatis Jeſu rerum hiſtoricus jurgia ea in Nigronum ab æmulis jam effuſa, iterum contra eum revocaret, ac prælo ut vera committeret, quæ nunquam profecto paſſus eſſet, ſi veluti muta bellua ad contemtum glorioſiſſimi ſui Ordinis vitam ſilentio tranſigere voluiſſet? In hoc autem nefas, quo nil execrabilius, nemo quidem ſcriptorum ab orbe condito procubuit unquam; nec ſane
futu-

futuris omnibus seculis casurus est, cum docente natura ipsa unusquisque, nisi stolidus animus & læsa judicandi vis excusarent, res domi suæ vehementissime diligat, illosque, qui pro eadem semel adversus hostes steterunt, acriter contra acceptas injurias semper ac semper propugnet, ut cum primis jam pro Nigrono validissime præstitit Joannes Rho, & pro Hieronymo Vida Franciscus Arisius Cremonensium literatorum vindex eruditissimus. Solus hic *libelli auctor*, velut humani generis totius appendix, seu potius communem extra scriptorum omnium naturam projectus, cum se Papiensium rerum historicum simulet, in Corium, cujus probata auctoritas olim pro Papiensibus adeo feliciter pugnavit, inaudito ingrati animi exemplo desævit, dum eas, quasi Echo, iisdem prorsus verbis injurias ac contumelias repetit, typisque excussas in omnium manus effundit, & Sapientissimum Mediolanensem Senatum ipsis haud repu-

pugnasse prodit, quas certo certius nullo unquam tempore subiisset eximius nostrorum annalium parens, nisi ea literis consignasset, quæ Ticinensium causam tam firmiter stitere, ut nullo amplius argumento concuti potuerit. Sic olim, inhorrente natura tota,

Pro benefactis vinxerunt Agamemnona
Graji.

Et perfida Hebræorum natio pro innumeris ab humanæ salutis reparatore acceptis beneficiis grates ipsi tandem lapidibus abunde persolvit.

Verum si *libelli auctor* antiquas illas, vel, ut sanius loquar, antiquatas hodierna die injurias revocare ausus est, & ex promeritæ oblivionis tenebris omnes de integro excitare, quas Cremonensis Declamator centum sexaginta & duobus abhinc annis in Corium rabidissime egessit, cur non etiam aliqua ex parte breviter, vel uno tantum verbo, indicavit, quæ Julius Salernus Ticinensis insequenti anno 1551. pro scriptis Corii vin-

vindicandis adamussim elato iracundia seni illi reposuit? An divulgandis solummodo contumeliis studet, quibus aliquando majores nostri ab hostibus effecti sunt, & ab audiendis ferendisque diffugit rationibus, quibus eorum fama non in integrum modo restituta, verum etiam aucta per quam maxime fuit? Longum sane mihi esset, & nimius merito viderer, si verba, quæ ea super re copiosissime in Oratione prima pro Papiensibus habuit Salernus, vellem hic singillatim omnia referre, cum plurimas impleant paginas. Aliqua tamen exscribere, necesse penitus habeo, eaque maxime, sine quibus causa paullulum saltem deferri nequit: reliqua vero intelligere cupienti facilis patebit aditus penes humanissimos & doctissimos Cistercienses Monachos S. Ambr. Mediol. qui Orationes illas in nobili Bibliotheca sua manuscriptas asservant. En igitur ut declamando respondit Vidæ laudatus Salernus: *Venio nunc ad illud fundamentum*,

tum,

tum, quod Cremonenses cum negare non possent, ad id extremum descenderunt, ut irridere conarentur. Fuit Patrum nostrorum memoria hujus Urbis civis Bernardinus Corius, vir & domi suæ nobilis, & Principibus in primis carus, quippe qui esset Ludovico Sfortiæ a secretis; hic historiam & multo labore, & magna industria orsus, ab hujus urbis primordiis ad sua usque tempora perpetuo ductu scripsit: & infra. *Sed quæ erant recentiora, in iis & inquirendis diligentiam non mediocrem, & tradendis sedulitatem ac integritatem suam omnibus probavit. Quapropter nemo est etiam ex doctis, qui in earum rerum cognitione certiorem auctorem requirat. Nam cum nulla ei causa esset ut mentiretur, erat certissima causa ut scire posset, quod & in Principis aula cum auctoritate versaretur, & ex publicis privatisque Ducum commentariis cognoscendi, quæ acta essent, facultatem haberet.* & paulo post inferius. *Hic igitur cum Jo: Galeatii maximi Ducis, qui late a Tridentinis usque alpibus ad extremos*

Etru-

Etruriæ fines imperium propagarat, funus non tam ipse narraret, quam ex commentario Principis exscriberet: omnesque urbes commemoraret, quæ legationes ad cohonestandas exequias misissent, scriberetque etiam, quem quæque urbs locum tenuisset, cum qui illustrior honorificentiorque post Mediolanum esset locus, Ticinensi assignatum sine ulla cujusque controversia tradit. Facit hominis nobilitas, familiæque splendor, ut mihi de re nota, minus multa apud vos dicenda putem. Quare non ero prolixus, ut ad id respondeam, quod Cremonenses eum hanc gratiam dedisse Papiensibus dixerunt, quoniam in eorum agro prædium haberet, in quo historiam scripsit. Vos enim eum nihil unquam in Ticinensi possedisse, sed Comensi via xx. lapide ab urbe hac, rus habuisse, in quo id operis confecerit, omnes scitis. Illis ergo solum duobus capitibus respondebo, in quibus jactare se Cremonenses vidi; negant enim primo huic auctori credendum esse, quod pleraque fabulosa in earum rerum, quæ vetustissimæ sunt, commemoratione admi-

mi-

miſcuerit, tum vero ineptias eloquutionis, ſermoniſque ſordes irrident, cum, qui tam ineleganter loquutus ſit, dignum non putant, cujus ratio apud doctos viros habeatur. Quin etiam, ſi Diis placet, videtur ajunt ex vallis tellinæ incolis eſſe. Ego vero P. in antiquis rebus commemorandis aliquid a Corio *requiri poſſe non nego: ſed hanc ille gratiam Sicardo Cremonenſi debet. Quæ enim eo reprehendunt de' Veneris adventu in Italia, de amorum comitatu, ea Sicardo accepta refert: fidemque ſuam non adſtringit*. Deinde poſt multa: *Sermonis vero orationiſque inelegantiam in judicio objicere prorſus novum eſt atque inuſitatum. Quid hoc eſt obſecro? Non placet cujuſque teſtimonium recipi, qui eleganter politeque non loquatur? Faciam opinor quod Caſſium Severum clariſſimum oratorem in judicio feciſſe proditum eſt: quum adverſarius clienti ſuo ſolœciſmum factum exprobrare non ceſſaret, dilationem*, inquit, *a vobis petam, dum grammaticum adhibere poſſim, quando adverſarii non de jure, ſed*

de

de solœcismo controversiam movent. Sed eos tamen quid hoc juvet non video. Primum enim ut maxime peccatum sit Corii in eo nulla culpa est, iis verbis est usus, iis loquendi modis, quibus ætate sua utebantur viri non imperiti; neque enim etruscam facundiam adhuc nostrates homines norant, Petrarcham, Boccatium voluptatis potius gratia, quam imitandi studio legebant. Ita ille, quod suum erat, diligentiam fidemque in historia scribenda adhibuit, quod immutare non poterat, popularem loquendi usum retinuit. Et inferius. *Nos ita erimus delicati, ut Bernardini Corii patrio sermone offendamur, ita morosi, ut qui paulo inelegantius loquatur, ei credi non oportere existimemus?* His aliisque plurimis obviam itum olim, factumque satis Cremonensium Declamatori, & quidem non clam (ut elegantissimis adversarii phrasibus utar) nec apud Indos, sed in Italia, quodve amplius est, coram Principe, coram Senatu nostro, Patribus nostris legentibus, nec repugnantibus,

bus, imo annuentibus, ut æquum erat: neque hæc ſcripta contra Vidam prolata ab homine nequam, vel Hiſtoricorum, vel temporum ignaro, ſed ab Oratore doctiſſimo: uno verbo ab Julio Salerno equite Papienſi, cujus ſcripta diſſimulat libelli auctor, ſeu verius ignorat, licet ſe Hiſtoriarum Papienſium quaſi Deum effingat, & in Patria noſtra rimari quoque inviſibilia glorietur, cum contra, leporum inſtar, apertis oculis ſomniet, quin & per egregie utrinque talpa forſitan cæcior nihil aſpiciat. Sic lupus olim, ut Stephanus Berithius narrat, ſe circum undique apud feras Doctorem eſſe jactitabat, quo rumore mirum profecto quantum tota beſtiarum Reſpublica ſuperba rictu incederet, cum nullum unquam e cœtu ſuo Doctoris laurea inſignitum habuiſſet. Quamobrem a Leone ad conſilium enixiſſime quondam vocatus fuit, ut communi proſpiciendæ utilitati preſto foret excellenti doctrina ſua, qua teſqua, nemora, & mon-

montium cacumina adeo resonabant. Verum auditis lupus intente ac serio rebus omnibus, de quibus habenda consultatio erat, cum quid delphico dignum ab ejus ore procul dubio expectaretur respondit tandem se non juris doctorem esse, at medicinæ. Hæsit talibus dictis attonitus Leo, similisque alta cogitanti: non multo tamen post graviter ipse ex stomacho laborans jussit lupum accersiri, qui primo, ut sui conscius ingenii, moras nectere studuit, ast tandem ire coactus præcepit Leoni, ut ad extremum usque nulla interjecta mora, sibi ungues præscinderet, si ab eo liberari morbo quam citissime cupiebat. Quid tamen hoc, exclamat Leo, cum stomachi dolore? subitaque correptus iracundia ungues in lupum injecit, totumque momento pene temporis decorticavit. Ita miser lupus nec juris, nec medicinæ Doctor jactantiæ suæ pœnas, amissis pelle & ossibus, persolvit.

Ceterum quot quantique scripto-

rum celeberrimi pessimis habiti sunt ludibriis, & contumeliis sævissime lacerati ab effrena nonnullorum maledicentia, qui vel pompatico efferebantur ingenio, neminem prorsus, extra se, aliquo in numero putantes, vel hostili nimium animo sese in illos gerebant, quorum ne nomen quidem audire poterant, quin statim furore excandescerent, atque manifestæ improbitatis voces erumperent. Quis eloquentior Cicerone haberi potest? Quis Virgilio admirabilior? Quis grandior Livio, ut de aliis ætatis aureæ scriptoribus taceam. Non defuit tamen olim Asinius Pollio, qui, cum sibi solus Romane loqui ac scribere videretur, divinum Ciceronis stylum contemtui ducebat, & in commendatissimo Virgilii carmine Mantuanitatem quamdam animadvertere se profitebatur, uti in eximiis Livii annalibus Patavinitatem, quasi odore tantum, deprehendi quoque ab ingenio suo effutiebat. Vetera tamen fortasse nimium hæc, nec o-

mnibus placitura opinor, cum recentia non desint rabidioris etiam judicii exempla. Unus itaque pro cunctis Franciscus Robortellus Utinensis testis sit, qui Desiderium Erasmum imperitiæ imperitissimæ accusat, Vincentium Maddium vocat hominem vanum mendacemque, Andream Alciatum, furem expilatoremque suorum scriptorum, Paulum Manutium, Bibliopolam hominemque imperitum, Marcum Antonium Muretum, Ludimagistrum, Henricum Stephanum, impostorem, aliosque plures literatissimos viros paribus opprimere contumeliis non erubescit.

Sed ut ad rem propius accedam, quam coactus ab amico nostro *libelli auctore* ingressus sum, Franciscus Guicciardinus inclytus Florentiæ civis in elaborandis suorum temporum historiis adeo mirabiliter eminuit, ut Henricus Spondanus Apamiensis Episcopus in annalibus Ecclesiasticis ad annum 1534. pro simplici nudaque rerum æquitate testatus sit: *Guicciardinus*

excellentissimus scriptor, & pauaucissimis antiquorum Historicorum, recentium nemini gravitate sermonis, sententiarum pondere, ratiocinationum circumspectione postponendus, plerisque eximiis anteponendus. Nihilominus Claudius Verderius in Auctorum censione his tanti viri nomen acerrime verbis criminatur: *Ex Italis superest Guicciardinus, qui (relinquo quod in quamplurimis Historici partes ignoravit) tam frigide, invitusque Gallorum victorias, & gloriam narrat &c. Dum videt Carolo octavo totam Italiam ab alpibus ad Neapolim nemine prorsus obsistente occupanti, victoriam absque suspicione falsi adimi non posse, in Gallorum quorumdam militum internecione paucorumque qua sine victoria obtineri non potuit, totus est, magnam eam appellans stragem: Carolo tamen agri dominium superstitisse diffiteri non ausus est. Sed quæ de victoribus strages fieri potuit? Si de suis sermonem instituit, eis semper plus meriti attribuit, & regionis laudes magis, quam suæ gentis res*

gestas

gestas persequitur, unde maxima laus ducenda est. Excelluit etiam Paulus Jovius Novocomensis, Nuceriæ Episcopus in rerum gestarum memoriis digerendis, cujus licet fides non æque rata omnium calculis habeatur, spectanda tamen ejus latinæ linguæ nobilitas ita unicuique admirationi est, ut Alciatus Tacito quoque præferendum hac in parte Jovium crediderit, & Leo X. Pontifex maximus palam, astantibus sibi plurimis tum Cardinalibus, tum Principum Legatis professus sit se nihil penitus Jovii scriptis, post Livium, elegantius unquam & copiosius pervolutasse, ut in Hist. Patr. lib. 2. pag. 232. Benedictus Jovius luculenter enarrat. Roland. Maresf. tamen epist. lib. 1. epist. 1. invito tanti Pontificis, & Alciati, atque aliorum sexcentum applausu exclamat: *Paulus Jovius mihi nequaquam ea existimatione, quam vulgo habet, dignus esse videtur. Quantum enim sentio, non bonus est Historiæ scriptor, nec judicio satis valet: qui si verna-*

eule scripsisset, nullo in numero haberetur. Latinus enim sermo quasi fucus quidam labes illius multas contegit: qui prima specie elegans videtur, nam belle sonat, & quibusdam imponit, mihi non item. Vix enim latinus est, certe minime purus, totusque idiotismis scatet; nihil fere proprie affert, sed plerumque periphrasticos loquitur, nec pene ulla vox est sine epitheto. Supereminuit quoque in historicarum rerum, antiquarumque maxime Romanæ Gentis cognitione Carolus Sigonius Mutinensis, adeo ut Jo: Matthæus Toscanus, Mediolanensis eques, in Peplo Italiæ num. 183. scriptum reliquerit: *Totius antiquitatis peritiorem nec nostra secula, nec priora tulisse, si affirmem, facile me iis probaturum sententiam nostram confido, ad quorum manus latina ejus monimenta pervenerint, ut Fasti, & de antiquo jure Romanorum, & de veteribus provinciis.* Contra tamen Antonius Bendinellius Lucensis in Africani Minoris vitæ libro innumeros prope errores colligit, in quos

per

per summam ignorantiam prolapsum esse Sigonium contendit, deinde eo pseudocritico Robortello hæc virulenta nimis ac rusticana in egregium virum illum transcribit: *Vis o doctissime literator, ut edam insulsam illam tuam versionem Orationis Demosthenis in Philippum, quæ Mutinæ impressa est, & errata tam multa, quæ Bendinellius Lucensis vir eruditissimus, & optimus collegit, & in Dialogi formam redegit multo sane meliorem, quam tu in illo tuo insulso libello præscripsisti: certè tibi mos a me gerendus est, transmittam ad impressores, ut quamprimum ab omnibus legi possint. Meministi insulse, ut te coegit Bendinellius, cum suum libellum edidisset, quo Scipionis vita continetur ex antiquis auctoribus collecta, turpiter tacere: & cum illius scripta suppillasses, uti soles semper, judicio multorum damnatus, non erubuisti quidem, nam erubescere nunquam didicisti, sed ingemuisti, & frontem percussisti, quod tibi techna non profuisset ulla.* Quis autem, nisi vel cerebro miserrime laboret,

vel odio plusquam vatiniano in eosdem iniquissime nimis jam acceptos scriptores exardeat, hujusmodi judicia aliquo habere in pretio aut loco audebit, cum ab iratis animis, & luridis, hostilibusq; atque insanis erumpant, ut ipsa scribendi forma satis superque vel ipsis insipientibus ostendit, licet apertæ irarum causæ eis non sint, nec esse possint, cum in summa rerum omnium ignoratione versentur. Quare animi tantum gratia, & solius eruditionis ergo, convicia illa apud scriptores percurrenda sunt, non ut in vulgus maligne effundantur ad famam literatissimorum hominum conspurcandam, proinde quasi cunctorum assensu digna, cum a nemine prorsus levissimi quoque judicii vel teruntii fiant.

Hostilem etiam animum induit adversus Corium Hieronymus Vida, non quod mali aliquid in Cremonensium nomen machinatus unquam sit honestissimus ille eques, vel quod ipsos in annalibus nostris

ali-

alicujus, licet minimæ, contumeliæ nota affecerit, sed tantum quod posterorum memoriæ, pro officio suo, nullius futuræ litis præsagus, tradidit principem post Mediolanenses Legatos Ticinensibus locum fuisse in celeberrimo Joannis Galeatii funere deducendo. Quamobrem in Corii stylum rudem & impolitum Cremonensis Declamator ferali percitus iracundia se totum convertit, quod abs re mihi adeo videtur, ut nihil alienius, ne cogitatione quidem, effingi possit. Nam, cum primi omnium Historiam in vulgus emanare jusserint poetæ, rudi etiam incultoque carmine Ennius res Romanorum decem & octo libris complexus est, qui & annales inscribuntur, nec tamen ullus ab urbe condita in Ennium hac super re diras & maledicta projecit, dum, ut optime S. Augustinus lib. 4. de Doctr. Christ. cap. 21. monet: *Bonorum ingeniorum insignis indoles est in verbis verum amare, non verba. Quid enim prodest clavis aurea, si aperi-*

er, quod volumus, non poteſt? Aut quid obeſt lignea, ſi hoc poteſt; quando nihil quærimus, niſi patere, quod clauſum eſt? Unde etiam epiſt. 116. t. 2. ad Coſentium ſcribens æquiſſime ait: *Si quid hic incondite, atque inculte dictum legeris, vel ſi totum ita eſſe proſpexeris, doctrinæ da operam, calamo da veniam.* Jure igitur in quoſdam ventoſi ingenii homines, qui Nicolaum de Lyra ob verborum ſimplicitatem audacter nimis arguebant, exclamat Trithemius in Tract. de Illuſ. Script. Eccl. *Sunt qui eum ob eloquii ſimplicitatem æſtiment contemnendum, qui mihi videntur & vani & imperiti.* Nec aliter ſenſit Balæus quoque, dum in Lib. de Script. Britan. aperte palamque edixit: *De verborum ſimplicitate non eſt quod conquerientur homines, cum a vocabulis æſtimanda non ſit æterni Patris veritas.* Et ſane noſtratum ſcriptorum nullus Corium ob Etruſcæ linguæ peritiam, & Liviani ſtyli elegantiam laudibus exornavit, ſed propter ſummam in ſcribendis rebus di-

diligentiam ac fidem, qua tantum parte, cum cetera rudis sit, ab omnibus etiam bene audit inclytus S. Ambrosii Vitæ scriptor Paulinus, quem semichristianus, vel arianissimo potius, ut aliis placet, laborans Erasmus Fabulinum vocat pro perditorum hominum, & alpestrium, ac montanorum consuetudine, qui causam tandem vicisse putant, si ludere in alieno nomine ipsis contingit. A qua tamen putida ineptia cavere sibi maxime Erasmus debebat, ne Thomæ Stapletono ansam daret ipsum vocandi *murem errantem*, & epigrammatistæ cuidam his jocandi versiculis.

Cur Monachos fratres & claustra relinquis ERASME?
Non misera factum hoc ambitione caret.
Namque latens illic velut in scrobe, vilis ERASMUS,
In lucem, ut videas, ut videare, salis.

Nec optimæ, qua inter historicos merito gaudet Corius, famæ

obesse potest commentum illud poetarum, quod de adventu Veneris in amplissimas Italiæ regiones attingit. Nam Livius quoque refert boves locutos, infantes semestres triumphum clamasse, & alia his similia: nihilominus Romanæ Pater historiæ ubique gentium adhuc habetur, nec licet sciolo cuique idcirco, quotiescunque velit, mendacem ac dubiæ fidei scriptorem Livium criminari, præsertim cum hæc, quæ superstitiose refert, prodigia in Ethnico laudem potius mereantur, ut probat Gerardus Joannes Vossius lib.1. cap. 19. de Hist. Lat. Ab imperitis etiam Sophistis acriter notatus fuit Synesius Ptolemaidis Episcopus, quod passim scripta sua pluribus e poetarum fonte exhaustis fœde conspergeret. At hoc ipse crimen elegantissime diluit in libro, quem inscripsit *Dionem*, ad Hypatiam magistram suam, Theonis celeberrimi Mathematici filiam misso, rationem ipsi reddens suscepti operis epist. 153. Sozomenus
pa-

pariter vulgatam argonautarum fabulam refert, qui navem argo suis per aliquot stadia humeris transportarunt. Nihilominus figmenti hujus scriptor a Gelasio Romano Pontifice, ut testatur Baronius, non modo rejectus non fuit, sed majoris etiam fidei habitus, quam Eusebius ipse Cæsariensis, ejusq; historia longe gravioris ponderis apud eruditissimum Photium credita est, quam illa Socratis Scholastici patria Byzantini: denique in Florentino Concilio, cui interfuit Palæologus Imperator, testimonium Sozomeni non usurpatum solummodo fuit, verum etiam probatum ut Melchior Cano vir incomparabilis asseverat. Corius quoque Hist. Mediol. pag. 2. scribit: *Claudiano ingenioso & erudito Poeta vuole che Venere abandonata Cypro per il mare se ne venesse a Genua ale noze de Honorio: & inde per lo apenino descendesse ne li campi di questa citeriore Gallia; dove venendo a la cità edificata da Galli secondo Livio: al quale più presto fede: li habi-*

bitanti si gloriavano avere la pelle de la lanigera porcha. His autem verbis quis elaboratissimum Corii opus, quasi Cæcilii Apocalypsim, aut Merlini fatidica, ex historiarum albo delendum illico judicare audebit? Quis dubiæ fidei scriptorem passim eum, ac pro cujusque arbitrio appellari posse contendet? Quis de mendacio, hoc est a veritate aberrantes, ubicunque velit, amplissimos tanti equitis labores sibi criminari licere effinget? Si hac profecto lance expendenda sunt benemeritorum de literis Veterum, ac perillustrium virorum scripta, actum procul dubio de omnibus est, cum nemo prorsus inter prima quoque scientiarum capita indicari possit, qui se hominem esse, haud Deum, nonnullis aliquando erroribus non comprobarit. Ceterum immane quantum toto cælo aberret Hieronymus Vida pro certo habens in villa parum ab agro Papiensi dissita scriptos fuisse Corii annales, cum eos in Niguardæ oppido exaratos, quod Novocomum versus se-

secundo circiter a Mediolano lapide distat, illi etiam apprime sciant, qui ad nos ex Vallis Tellinæ tabernaculis frequentes venire solent, ut se minuta mercedula nobis locent ad deferenda onera omnibus expositi. Nec ulli quidem merito dolere licet cum Vida, si historicus noster latino idiomate res patrias non ediderit, præsertim cum ab ornatissimo equite Josepho Cusano in præf. ad Hist. Corii monitus jam fuerit lectorum quisque his verbis: *Nec ei vitio dandum censeo, quod vernacula lingua, & sermone, quo vulgo utimur, historiam texuerit. Non enim qua quisque lingua scripserit, sed an historiarum præscripta servaverit intuendum est*. Arguebatur olim etiam divinus vates Ludovicus Ariostus ab immortalis memoriæ viro Cardinali Bembo, quod latio sermone pangendis versibus operam suam non daret, missam ad alios faciens Italicam linguam, quibus admiranda Virgilii phrasis in promptu adeo non esset: at ille constanti animo semper

per

per amicissimi Purpurati monitis respondebat, se malle primum inter Italos scriptores esse, quam secundum inter Latinos. Hac plane in opinione Corius etiam vixisse aliquibus videtur ex sepulcrali inscriptione, quam Agneti Fagnanæ nobilissimæ conjugi suæ posuit anno 1500. Niguardæ in Templo S. Martini. Primus enim omnium ipse vernacula lingua Civitatis nostræ monumenta grandi volumine amplexus est, quæ alii latinæ solum, antiquos Romanorum scriptores subsecuti, literis consignarant. Inscriptio autem est.

D. ✠. *M.*
Agneti Fagnanæ conjugi Amantissimæ
Quæ nata Ann. XXXIII.
Secum Ann. XVII. Men. II.
Di. XXVI. Vixit
Bernardinus Corius M. F. Mediolan.
Ædilis Minor
Qui Patriæ suæ Historiam edidit
Auspiciis Ludovici M. Sf. Insubriæ Princip. VII.
P. An. D. MCCCCC.
Quam Romæ Secundus.

Alii

Alii tamen postrema hæc epitaphii verba aliter interpretantur, nec ipsis quicquam adversor, cum in hujusmodi rebus liceat omnibus sentire quod velint.

Ut autem ad rem nostram redeamus: potuit siquidem octogenarius Cremonensium Declamator Historicum nostrum injuriis afficere, de styli inelegantia criminari, memoratam Veneris fabulam ipsi exprobrare, atque nobilissimo ejus cognomini ludos facere: at mendacii reum fuisse, erroris scilicet aut oscitationis in describendo maximi Ducis Joannis Galeatii funere, locisque indicandis, quos subjectarum Legati Urbium in honorario funebris ejus pompæ comitatu habuerunt, ostendere medius fidius non potuit: enitentibus præsertim scientissimis Papiensibus, qui, ut videre est in Orat. I. apud Salernum, ex monumentis Corio longe antiquioribus nullum dubitationi penitus locum esse monstrabant iis super, quæ tam accuratus scriptor de Joannis Galeatii exequiis

ty-

typico prælo commendarat; adeo ut ne si propriis quidem oculis funus illud usurpasset, securiori calamo aliorum oculis subjicere potuisset. Anne igitur de Corii fidelitate ob hoc tantummodo actum esse debet, quod is a longævo iratoque sene mortuus conviciis laceratus est, & ex tumulo, prope dixerim, erutus, ne manes ejus conquiescerent, quia diligenter ea & adamussim enarravit, quæ nulla ratione silentio præterire fas erat? Verum nonne Busbequium mortuum nec responsurum invasit quoque Parasitorum Princeps Gargilius Mamurra, qui publice græcas literas profitebatur, quas legere nondum didicerat, ut in ejus vita Egidius Menagius sub Marci Licinii persona disertissime tradit? Nonne etiam in omnium vel feminarum vel puerorum manibus est adversus præstantissimos quosque ac doctissimos viros dicteria evomere, cum millies quoque sacrilegis stygiisque vocibus suprema æterni Numini Majestas impetratur? An-

Anne Corius ex eorum ordine dejiciendus, qui fidem facere possunt, quod a Vida scurriliter sane nimis vocatus est Coriarius? Verum nonne & Sanctissimus Pontifex Paulus tertius ex Regia Farnesiorum Familia a petulantissimo Luthero appellatus est Frenesius? Nonne Philippus Cluverius, quod Asinium Pollionem eundem esse credidit ac Asinium Quadratum, dictus est ab Isaacio Pontano velut asinus in Asinia Gente locum promereri? Nonne Jacobus Gronovius, exorta quadam super Livii notis contentione, a Raphaele Fabretto nuncupatus est Grunovius? Anne idcirco de præstantissimis hisce viris reclamatum est, & velut humani generis ludibria habendi sunt, nec testes amplius adhiberi possunt, ubi etiam ratio ferat? Ast quam ludificabilia & ego, ac Bacchanalibus digna hoc in genere reponere facillime possem, si ludere (quod Deus avertat) præsertim vellem in cognomine, quo libelli auctor distinctus est a natura, ne sibi, pro-

pe dicerem , in alieno insultando placere nimium ac blandiri auderet. Profecto haud cederem ipsi , licet octogenarius non sim , Cremonensium Declamatori , qui tamen, ut ajebam, injuriis , quantiscunque voluit , historicum nostrum obruere potuit , mendacem vero , hoc est a veritate aberrantem , fuisse in re , de qua penes amplissimum Senatum queſtio erat, nulla unquam potuit via , etsi nullam prorsus intentatam reliquerit. Immo cognita apertissime veritate , quæ luce clarior undique circum apparebat, finxit se adeo delassatum, & ad stomachum usque commotum rudi illo scribendi genere, ut ad locum Corii indicatum ne pervenire quidem potuerit. Ita enim exclamat : *Non potui fateor durare , quousque ad locum pervenirem . Legant quibus est ferreus stomachus , quive hoc genere eloquentiæ delectantur* . Nihilominus quo veram magis, & omnem extra hæsitandi moram , Joannis Galeatii funeris narrationem Vida agnoscebat,

bat, eo adhuc magis in Corium invehebatur, concitabatur, personabat, furebat, debacchabatur. Propter justitiam igitur persecutiones passus est honestissimus Mediolanensium annalium Parens, & injurias, diras, ac maledicta pro veritate mortuus tulit, quam vivens adeo præ ceteris semper dilexit, ut nulla in ejus libris suspicio gratiæ sit, nulla simultatis, nihil studio dictum, nihil suppressum metu, & eorundem Sfortiadum Principum mores ea omnino libertate scripserit, qua ipsi vivere non erubuerunt. Sed quid etiam pro veritate celeberrimus ille Aragoniæ Historicus Hieronymus Surita non pertulit, tunc cum apud supremum Hispaniarum Consilium accusatus est detecta suis in libris ab ipso Regum quoque vitia, & soli, ac nationis fuisse? Quid pro veritate quoq; non exantlavit Hubertus Folieta, cum suis ejectus in exilium a civibus fuit, quod Patriæ vulnera ac remedia liberius patefacere scriptis suis non dubitavit?

Ne-

Nemo tamen huc usque, etsi de mentis sanitate disjectus, Folietæ unquam exilium objecit ad fidem ejus libris auctoritatemque perdite minuendam. Nemo, juratus licet inimicus, sapientissimo Suritæ exprobravit quæstiones adversus ipsum in judicio habitas, ut summam ejus Operum existimationem apud homines labefactaret. Nemo etiam, si unum *libelli auctorem* excipias, convicia, quæ iratus Albæ Ligurum Episcopus evomuit, Bernardino Corio objectare ausus est, ut mendacem aliquando ac dubiæ fidei scriptorem habitum fuisse demonstraret. Immo Hippolytus Estius, Cardinalis Ferrariensis in familiarium suorum numerum exulem Folietam recepit, & omnibus ad extremum usque vitæ diem commodis amantissime fovit. Suritam etiam Joannes Paez de Castro, & Ambrosius Morales editis apologiis validissime illico ab hostium manibus, omniumque, apud posteros, calumniarum periculo vindicarunt. Corius vero noster non ab uno aut

al-

altero in pristinam sui famam gloriosissime restitutus est, sed ab urbe tota Ticinensi, quæ in Julium Salernum juvenem annorum viginti sex, civium suorum omnium studia collegit, ut unus pro cunctis, quanta vocis contentione posset, eloqueretur, & ab Hieronymo Vida læsum pro veritate, odii non semel ac injuriarum matre, præstantissimi Corii nomen assereret, qui cunctis Papiensibus tam feliciter stetit, ut lite nunquam concidere possent. Nec mirum alicui esse debet hisce viris, quorum volumina, invita perditorum omnium rabie, adeo terrarum orbis nunc suspicit, Mœcenates & Patronos haud quaquam defuisse. Injuriæ etenim, ac infortunia, qualiacunque sint, in quæ non semel lapsos magni nominis scriptores legimus, quod in exarandis historiis a veritate minime discedere voluerunt, ad commiserationem vel thraces ipsos adducunt, & qui de literarum studiis aliquid judicare possunt, ultro libentique

ani-

animo adverſus eorum hoſtes in arenam deſcendunt. Unde quo mihi in loco habendus ſit novus hic homo *libelli auctor* non ſatis video, cum in dicteriis adverſus Corium fœde nimium prolatis totus exultet, & reſponſionem ad ea tandem aliquando a nobis petat, cum jam abunde reſponſa dederint Papienſes, nec intelligere vult, aut poteſt non alio ſane ſcelere indigniſſime a Vida acceptum fuiſſe Hiſtoricum noſtrum, quam quod, veraciſſimus pro more ſuo, in Joannis Galeatii exequiis deſcribendis non erravit.

De uno tamen Hieronymo Vida conqueri forſitan minime licet, nec piacula omnia in eum ſolummodo conjicere fas eſt, ſi totus præſertim ſpectetur libellus, quo ſe tuendæ Cremonenſium ſuorum cauſæ adverſus Ticinenſes vehementiſſime dedit. Tribus enim ejus in actionibus duo nobis enucleate conſideranda ac ſejungenda omnino ſunt: Rationes ſcilicet, & declamatoria dicendi forma. Hæc to-

tota, mehercle, quanta est, nemini, cui sanum sinciput sit, in ullo pretio habenda; immo potius maxime viis omnibus execranda, ut jam ego in dissertatione prima semel iterumque pro re nata exertissime præstiti. Illæ vero tanti faciendæ sunt, quantum veritatis candor assentitur, & libero præjudiciis animo fierent: nec primo statim aspectui, quem præseferunt, acquiescendum, sed intus serio inspiciendæ, ne chamæleontem, ut anonymus quidam peripateticæ Philosophiæ cultor, pro camelo egregie accipiamus. Rationum autem saltem omnium, judicio meo, auctor non est Episcopus Vida, sed dispositionis siquidem, ac styli, & elocutionis, quibus indutæ se se oculis nostris videndas exhibent in libello Cremonæ prius impresso anno 1550., postea Parisiis etiam, Jacobi Antonii Bevilaquæ opera, anno 1562. Etenim cum plurimæ, ut vocant, allegationes ea in causa longo annorum spatio a viris jurisperitissimis habitæ fuis-

ſent, placuit tandem Cremonenſi Urbi, inter alia, ejuſmodi quoque ſcripta omnia ad Hieronymum Vidam civem ſuum Albam tranſmitti, ut in elegantem aliquam & copioſam orationem pro ingenii ſui viribus ea redigere conaretur, quæ typis poſtea ſumtu publico mandata, Excellentiſſimo Mediolanenſi Senatui exhiberi, jugique poſterorum memoriæ conſecrari poſſet. Quod modo gratis a me dici nemo quidem ſuſpicetur, cum facile cuique ſit Cremonenſium Archivum inviſere, atque in eo librum conſulere *Proviſionum* (ita enim inſcribitur) anni 1549. fol. 65. in quo ſpectatiſſimæ illius Urbis decretum, & literæ ad Vidam datæ adhuc leguntur in hæc verba.

In Congregat. diei Martis 21. *Maji* 1549. *habita per Nobiles DD. Deputatos Regimini Civitatis Cremonæ inter alia ſic fuit ordinatum.*

DEmum expoſuit D. Bartholomeus Oxius qualiter in lite, ſeu

seu controversia occasione praecedentiae vertente inter Cremonenses, & Papienses per quam plures literatos hujus Civitatis factae fuerunt diversae scripturae, & allegata jura in honorem, & gloriam hujus civitatis contra dictos Papienses, quae collectae fuerunt, ut transmittantur ad Reverendiss. Ep. Albensem, cum quo de hoc factum fuit verbum nomine istius Magnif. Communitatis, ut ea reducat in Orationem elegantem in defensionem Patriae, qui obtulit libentissime elaborare pro Patria, in nulloque deficere juxta vires ingenii sui, quae Oratio postquam facta fuerit impressioni danda, ut cunctis innotescat, & super hoc dandas esse literas praefato Reverendiss. Ep. cum ipsis scripturis.

Ideo praefati Magnifici DD. Deputati ordinaverunt, & ordinant dictas omnes scripturas transmittendas esse praefato Reverendiss. Ep. Albensi cum literis Magnif. Communitatis ejus Reverendiss. Dominationem rogando ut dignetur, & velit facere, & componere, seu illas reducere in

aliquam Orationem elegantem addendo, & diminuendo, mutando, & corrigendo, pro ut sibi melius videbitur, & placuerit pro gloria, & honore bujus Civitatis, & postquam ipse illam Orationem composuerit, ordinaverunt ut supra, quod imprimi debeat ad æternam rei memoriam, & ut omnibus clarius jura, bonos, & gloria civium Cremonensium elucescant, & cognoscantur, partito posito, & obtento per omnes &c.

Reverendissimo Monsign.

PER *la controversia tra la Città nostra, & Pavia de la precedentia sapendo quanto la S. V. Reverendiss. ha a petto l' honor della commune Patria, mandiamo con questa nostra per Messo a posta diverse scritture, & primamente le ragioni dedutte in nome nostro nanti l' Eccell. Senato di Milano, poi le ragioni de' Pavesi, finalmente diverse cose raccolte per alcuni in favor nostro, onde preghiamo sommamente V. S. Reverendiss., che si voglia degnare di veder*

der il tutto, e ridurlo come gli parerà in una elegante oratione in defensione dell'honore della Patria, la qual poi intendemo far imprimere, & esibirne copia a ciascuno di quello Senato, il quale pare che voglia decidere questa causa quanto più presto, ne vorressimo mancar dal canto nostro all'honor publico, & la maggior confidanza, che abbiamo in V. R. S., che in ciò esponerà tutte le forze, & ingegno suo, & oltre gli altri oblighi la Patria principalmente haverà questo a V. R. S., alla quale baciamo con debita riverenza la mano.

Da Cremona alli 30. Maggio 1549.

Obligatissimi Servitori

Li Presidenti al governo di Cremona.

Hæc atque alia refert Franciscus Arisius vir eruditione perrara conspicuus tom.2. Crem. Lit. quæ digna omnino videri, ne eorum temporum acta divinando tempus ridicule conteratur. Quotquot igitur rationes & argumenta pro Cremonensibus plurimorum spatio annorum emissa in lucem fuerunt a vi-

ris maxime juriſperitis ; quotquot etiam in adverſarios , aliofque adverſariis faventes aſpere a quibuſdam dicta ſunt , ea tribus in Declamationibus pro facundiæ ſuæ placito alligavit Epiſcopus Vida , qui idcirco diſpoſitionis potius ac verborum , quam rerum auctor dicendus eſt : nec in errorum omnium culpam vocandus , quos omnes profecto ipſe , adverſus præſertim hiſtoriarum fidem ; unde immane quantum exclamet Saccus , non perpetravit , ſed bona fide ex aliorum ſcriptis ad ſe miſſis deſumſit. Nonnulla tamen proprio marte addidiſſe haudquaquam inficior ; ſingula vero jurgiis , dicteriis , ac contumeliis fuſe lateque ultra metas omnes auxiſſe clarius , quam quod ſcribendo ſim , & uberius inſpicitur : adeo ut rationes quodammodo ipſæ , quæ antea ad Senatum delatæ benignis exceptæ auribus fuerant , & ubique gentium commendatæ , ſub Vidæ calamo , perinde ac ſi rationes eſſe deſiiſſent , ad ſtomachum , ad querelas ad furo-

rem

rem nonnullos quoque, nimio tamen furoris æstu percitos, commoverunt. Quamobrem sana mente ac prudentia in Declamationibus iis evolvendis opus est, ne maledicta argumentorum loco habeantur, ut placuit amico nostro, & ratio inter contumelias rejiciatur, ut ab eodem quamprimum etiam fiet, tametsi Isaiæ cap. 5. num. 20. æterna clamitet sapientia Dei: *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.*

Ast si *libelli auctor* digladiari mecum fortasse velit, ac evincere more suo illarum Declamationum auctorem ex integro Vidam fuisse, nihilque prorsus ex Jurisperitorum allegationibus, aliorumque scriptis eduxisse, in ejus sententiam libentissime concedo, ne tempore, quo maxime indigeo, de fumo quasi disceptans abuti cogar. Hoc autem unum tantummodo ab ejus, si qua est, humanitate peto, ut seposita paulisper octogenarii illius

vatis declamatione, attente mecum evolvat quid de Corio senserint viri eruditionis laude spectatissimi, & quod caput est in re nostra, plurimum in historiis exercitati. Legat itaque Josephum Cusanum inter ætatis suæ literatos magni nominis equitem, qui in præf. ad ejusdem Corii Historiam scribit: *Cum ornatissimus disertissimusque vir Bernardinus Corius diu multumque in contexenda tot seculorum historia evigilaverit, ut nec laboribus pepercerit unquam, nec vigiliis, nec impensis, peragrata ferme Italia, ut quod in albo literis commendaturus esset, perinde atque gestum fuisset poneretur, qua tandem laude a civibus præsertim suis censendus putabitur?* & inferius. *Sed hæc laboris sunt: illa vero solertiæ, Imperatorum, militum, omniumque ordinum munia tam æqua lance metiri, ut nemo in suo genere propria laude fraudetur, rerum pondera momentaque ea fide referre, ut neque ad gratiam supra quicquam, neque propter invidiam infra meritum pro-*

la-

latum videatur, & quod potissimum a scriptoribus expetitur, facta dictis exæquasse, ut eum profecto ex rerum gestarum scriptoribus, si non antiquissimis illis, quos divinum ingenium, & supra humanam facultatem facundia extra omnem aleam posuit, at recentioribus certe, qui hoc genere delectati sunt, nemini postponendum censuerim. Legat Paulum Jovium, immortale Novocomensis Urbis ornamentum ac decus, qui fervente celebri jam toties memorata Papiensium & Cremonensium lite, in Elogiis Clarorum Virorum pag. 36. apertissime scripsit: *Huic civi suo* (scilicet Corio) *plurimum profecto Insubres debebunt, qui ingenuo labore intercisam, & plane sepultam gravissimarum rerum memoriam diligenter inquirendo, consuendoque ad singularem utilitatem posteris repræsentavit. Fuit enim vir amantissimus Patriæ, & nunquam factiosus, minutiarum adeo diligens indagator, ut quum historiæ studiosis perutilem, & jucundam afferat voluptatem, nihil morosis & delicatis officiat: Nam in*

enarrandis rebus , quibus ipse interfuit , fide & diligentia mirus agnoscitur ; quando eum in aula splendide versantem , & ex secretioris Archivii copia opportune adjutum nusquam arcana fefellerunt. Legat Gerardum Joannem Vossium virum eloquentia & eruditione sui seculi facile principem qui lib. 3. cap. 8. de Hist. Lat. fatetur : *Bernardinus Corius Mediolanensis cum & patriæ suæ amans & gloriæ propriæ avidus foret , rudi illa quidem , & impolita dictione , attamen , ut potuit , magno sane labore Chronica rerum Mediolanensium perscripsit : inque rebus sui temporis bona fide non solum voluit res consignare , sed etiam potuit , ut cui in aula versanti archiva secretiora paterent*. Legat Salvatorem Vitalem Sardiniensem Calaritanum , qui in Theatro Triumphali Mediol. Urbis Magnalium testatur : *In re literaria consulserunt Bernardinus Corius Mediolanensium rerum vertex , scriptor illustris , præstantissimus , fidelissimus , veracissimus historicus : in cujus Operum excel-*

cellentia, quæ ipsius memoriam omni fato superstitem reddiderunt, velut in claro, & nitido speculo, majorum imagines & facinora conspectantur &c. Legat Natalem Alexandrum in sacra Facultate Parisiensi Doctorem celeberrimum, qui Hist.Eccl. tom. 8. ait: *Bernardinus Corius Mediolanensis, decimo quinto cadente seculo Chronica Rerum Mediolanensium scribens, de Patria, deque Historia bene meritus est.*

Sed quid alia ex historicorum libris expiscari juvat, si fides, qua religiosissime semper in scribendo usus est Corius, in ipsis quoque judiciis & contentioso, ut ajunt, foro non semel, aut bis, aut ter, sed millies, & centies millies a primoribus Insubriæ totius causidicis adhibita fuit, invitis omnibus rabidissimis Hieronymi Vidæ conviciis. Testes hujusce veritatis sunt infinitæ propemodum, quæ apud nos typis impressæ circumferuntur, allegationes, ut vocant Jurisperiti, cum in Feudorum materia, tum in causis Jurispatronatus Cleri-

ricalium Beneficiorum , aliisque etiam plurimis in rebus , ex quarum omnium numero, ne pedem efferam domo , duas tantummodo innuam , quæ hæc mihi scribenti ad manus fortuito sunt, pro Regio Fisco in lucem emissas anno 1590. ab Insigni causarum Patrono & equite nobilissimo Christophoro Conturbio adversus Excellentissimos Sfortiadas Marchiones Caravagii . In prima etenim legitur : *De anno* 1499. *die ultima Augusti dictus Dux Ludovicus donavit diversis diversa bona, & in specie donavit dicta bona Villænovæ Baptistæ Vicecomiti , & bona Cassolii Petro Gallarato, & hoc probatur ex Chronica Bernardini Coyri, in qua in specie sit mentio, quod capta civitate Alexandriæ per Regem Franciæ Ludovicum , quæ capta fuit die vigesima nona Augusti anni* 1499. *Dux Ludovicus donavit dicta bona Cassolii Novi Petro Gallarato, & attestatur hoc factum fuisse die ultima Augusti, & quod die prima Septembris Dux Ludovicus recessit a Civitate Mediolani*

iter

iter agens in partes Germaniæ &c. & advertendum quod Coyrus fuit persona approbata a publico, & quod sit verum, mercedem recipiebat a publico pro scribendi pro veritate annalibus, quo casu volunt Doctores, quod iis omnino credendum sit &c. In altera vero hæc, quæ sequuntur, evolvo: *Hoc autem in casu non solum offuscatur, sed etiam omnino destruitur non ex contraria præsumptione, sed ex probationibus, quibus manifeste demonstratum fuit, bona prædicta esse desiisse in bonis dicti Ducis Ludovici ante ipsius mortem, quod præsertim tradit Coyrus in ejus Chronica apud nos approbatissima, scilicet dicta bona fuisse per illum Ducem quibusdam Gallaratis & Vicecomitibus donata, & nulli dubium esse debet &c.* In actis etiam, comparitionibus vulgo dictis, quæ amplissimo Jurisperitorum, Judicum, Equitum, & Comitum Pontificiorum Mediol. Urbis Collegio exhibentur, quoties qui cooptandus in ipsum est, passim, inter cetera gravia magis & incorrupta nobilita-

ta-

tatis teſtimonia, defertur Bernardini Corii fides, delectiſque in hujuſmodi cauſarum inquiſitione a Judicibus approbatur, non rejicitur, ut Joannis Petri Creſcentii Romano Amphiteatro, aliorumque nonnullorum hiſtoriis contingeret, ſi quis iis forſitan uti vellet. Ne vero gratis omnino differere, & ad vetera tantum ac longinqua nimis *libelli auctorem* ſemper remittere videar, recentiorum aliqua (non enim omnia poſſum) Auctorum indicabo, quorum pleraque apud te, eruditiſſime Sitone, reliqua penes ornatiſſimum virum & Egregium I. C. Franciſcum Putheum de Perego accurate ſatis perlegi. Ii ergo, præter ſexcentos alios, quos in evincenda Gentis ſuæ nobilitate fidiſſimam Corii auctoritatem in actis adhibuiſſe vidi, toto annuente Collegio, ſunt ſub annis

1678. Comes Ferdinandus Abdua nunc S. R. E. Cardinalis.

1673. Franciſcus Alciatus.

1684. Hieronymus Maria Alitprandius Cæſareus Comes Palatinus,

nus, ac Reg. Loc. Ten. hoc anno 1712.

1670. Comes D. Philippus Archintus nunc Regius Senator, & Princeps S. Angeli in Regno Neapolitano.

1675. Comes Marcus Aresius dein Magistratus Ordinarii Præses.

1698. Joannes Antonius ex Capitaneis de Arsago.

1677. Joseph iterum Mediolanensis Urbis Præfectus, ac Marcus Nazarianæ Basilicæ Præpositus, Fratres de Barbavariis.

1663. Ludovicus Barbianus de Belzojosio Comes Belzojosii, & Confluentiæ Dominus &c.

1696. Joannes Besutius.

1685. Marchio Daniel Biraghus.

1690. Marchio Franciscus Benignus, & Abbas D. Carolus Fratres de Bossiis Cæsarei Comites Palatini.

1672. Comes Antonius Burrus ex Regio Quæstore Senator.

1612. Cæsar Burrus abnepos ex Fratre quond. Elisabethæ Burræ Matronæ celeberrimæ, ac Ge-

Genitricis Bernardini Corii historici nostri &c.

1681. Joannes Baptista Caimus.

1696. Joannes Bapt. Gaspar Caimus Publicus Moralis Philosophiæ Lector in Canobiana Academia.

1663. Carolus Camillus Carcanus.

1700. Paulus Camillus Carcanus.

1644. Danesius Casatus Senator & Regens, ac Regius Visitator in Regno Neapolitano.

1672. Joannes Paulus Casatus dein Urbis Præfectus.

1704. Aloysius Abbas & Alexander Fratres de Castillioneis, Cæsarei Comites Palatini.

1671. Alexander a Castro Sancti Petri.

1691. Petrus Antonius Chalchus nunc Regius Advocatus Fiscalis Generalis.

1663. D. Sigismundus Chalchus nunc Regius Senator emeritus.

1653. Joannes Jacobus Corius Comes, & ex sexaginta Mediol. Decurionibus.

1620. Fabricius Cotta ex Confeudd. Cellæ &c.

1709. Lucius Hadrianus Cotta ex Condominis Cellæ ut sup.

1696. Petrus Cotta Regius Feudatarius Vallis Cuviæ.

1692. Rainerius Cotta ex Condominis Cellæ &c.

1663. Marchio Æneas Cribellus S. Cæsareæ Majestatis Camerarius.

1660. Joannes Baptista Cribellus nunc Serenissimi Parmæ ac Plac. Ducis Consiliarius.

1682. Alexander Crucejus dein Cremonæ Episcopus.

1707. Cæsar de la Cruce.

1658. Abbas Hieronymus Cusanus Reg. Feudatarius Chignoli &c.

1670. Joannes Baptista Cuttica.

1663. Joseph Maria Dugnanus Regius Feudatarius Terrazani, ac Decurio.

1614. Gabriel Ferrerius.

1665. Camillus de Capitaneis de Figino.

1648. Franciscus Glussianus Advocatus Consist. in Urbe.

1600.

1600. Marchio Petrus Paulus Glussianus.

1653. Oldradus Maria Lampugnanus ex Comitibus Trecati &c.

1669. Comes Alphonsus Litta Sacri Rom. Imperii Consiliarius.

1703. Gaspar Marlianus.

1705. Joseph Marlianus Abbas.

1647. Guidus Antonius Mazenta Marchio, ac Regius Quæstor.

1697. Marchiones D. Gaspar Inspector Generalis Exercituum, ac Rei tormentariæ Status Mediol. & Abbas D. Antonius Maria Serenifs. Electoris Palatini Internuncius, Fratres de Meltiis.

1663. Carolus Franciscus Mirabilia.

1682. Joannes Stephanus Mirabilia Cribellus in Palatino Gymnasio Legum Professor.

1662. Carolus Cæsar Morigia dein Urbis Mediol. Præfectus.

1694. Thomas de Nava.

1668. Joannes Baptista Orrigonus Reg. Feudatarius Vedani &c.

1663. Marchio D. Cæsar Paganus inde Regius Senator, & ex LX. Mediol. Decurionibus, ac Serenifs. Electoris Palatini Internuncius.

1668. Marchio Alexander Parravicinus.

1686. Antonius Petrasancta ex Regiis Feudatariis Burgi Canturii.

1676. Firmus Porrus nunc Vicarius Provisionum Mediol.

1676. Comes Antonius Maria Pusterla.

1673. Comes Joseph Pusterla.

1665. Marchio Franciscus Putheobonellus Regius Quæstor Magist. Extraord.

1688. Lucas Putheus de Perego Eques Cæsareus.

1660. Sebastianus Resta.

1652. Pyrrhus Augustinus de Capitaneis de Scaloè Regius Quæstor ac Comes.

1680. Abbas Bernardinus Scottus nunc S. R. Rotæ Auditor, & Almæ Urbis Gubernator.

1661.

1661. Ludovicus Septala dein Cremonæ Episcopus.

1668. Comites Federicus & Joannes Antonius Fratres de Siccis.

1650. Comes Hieronymus Simoneta.

1668. Comes ac Baro D. Christiernus Stampa de Leyva.

1660. Marchio Carolus Hestor Terzaghus.

1688. Comes Galeatius Maria Varisius de Rosate.

1708. Albertus Vicecomes de Aragonia, Regius Feudatarius Olegii &c.

1675. Franciscus Vicecomes ex Condominis Invorii Inferioris &c.

1682. Comes Galeatius Vicecomes de Somma, postea Presbyter Oratorii S. Philippi Nerii Romæ, ubi maxima sanctitatis fama obiit anno 1707. die 27. Aprilis.

1669. Marchio Hercules Vicecomes de Somma Archiepiscopus Damiatæ.

1671. D. Joannes Galeatius Vice-

cecomes de Somma Regius Senator.

1666. Joannes Maria Vicecomes de Rozano Metropol. Mediol. Præpositus.

1671. Thomas Vicecomes de Crenna ex Feudatarijs Crennæ &c.

1697. Urbanus Vicecomes ex Condominis Massini.

Ne tamen ita jejune latissima hac in materia procedat dissertatio mea, fuse aliquantulum nonnulla etiam indicare operæ pretium reor; & si quis forsitan hæc olim scripta evolvet, proderunt sane ipsi ad plane dijudicandum, an mendacis & dubiæ fidei ignominia notandus sit historicus noster. Anno itaque 1670. in cooptatione Philippi Mariæ Vicecomitis, postea Regii Quæstoris, genesim suam deducentis ab inclyto Mediolani Principe ac Domino Barnaba Vicecomite Tritavi sui avo, & ab Hestore Vicecomite Mediolani Duce constituto, Tritavi sui Patre, unica Bernardini Corii fides his super rebus demonstrandis in judicium adducta fuit, & a

pru-

prudentiſſimo Collegio ſuffragiis omnibus comprobata in hæc verba: *Ex dicto Illuſtriſſimo D. Bernabove ortus eſt Magnificus & generoſus Miles D. Heſtor pater Tritavi, & iſte fuit conſtitutus Dux Mediolani, ut dicit Corius fol.* 238. *ubi legitur, quod dum Frater Bertus Caccia Epiſcopus Placentiæ perorabat in Eccleſia majori, ubi erat prædictus Heſtor, in detractionem demortui Ducis Joannis Mariæ Vicecomitis, nonnulli attulerunt ad prædictum Heſtorem claves Civitatis, Vexillum Reipublicæ, & ſceptrum, & cum ſolemnitate fuit conſtitutus Dux Mediolani*. Sola quoque Hiſtorici Corii auctoritas, non ſecus ac inſtrumentorum fides, a ſapientiſſimoCollegio approbata undequaque fuit anno 1678. in cooptatione Marchionis D. Pyrrhi, nunc Excellentiſſimi Mediolanenſis Provinciæ Supremi Cancellarii, & D. Franciſci Regio-Pontificii in Mediolanenſi Dominio Æconomi Generalis, Fratrum de Vicecomitibus, qui ſpectatiſſimam trahunt Familiam ſuam a prænobili ſtipite

Ma-

Magnifici D. Leonardi Vicecomitis, geniti ex Sacramoro Vicecomite Filio Barnabæ Mediolani Domini, ac Tritavo eorundem perillustrium Fratrum petentium ut a Collegio cooptarentur. In actis enim habetur. *Facturi igitur nobilitatis experimentum altius quam a Leonardo Sagramori Vicecomitis filio, ac nepote Barnabovis Mediolani Domini* (*Corius Histor. Patriæ fol.*195. *tergo*) *genus suum non deducunt, cum nota lippis & tonsoribus usque adeo sint antiquiora hujusce gentis ornamenta a Patriæ scriptoribus posteritati demandata, nec ulla indigeant narratione, quæ usque in hanc diem undique sunt oculis subjecta fidelibus.* Sed quod mihi primo recensendum loco erat, idem amplissimum Collegium in actis ac testimoniis Nobilitatis Familiæ I. C. Alexandri Corii anno 1660. Bernardini Corii Historici, ejusque Patris Marci fidem ac præclara gesta hisce verbis delata publice approbavit: *Bernardinus Corius vernaculæ linguæ præstantissimus Historicus hujusce Provinciæ*

ciæ Annales a veteribus seculis referens summa cum fide & industria sempiternæ hominum memoriæ tradidit. Marcus Corius, cujus opera post multas legationes Franciscus Maria Sfortia ipse sævientibus Gallis cupiens pristinam constituere benevolentiam cum Adurnio & Fregosio dissentientibus usus fuit, qui id minus feliciter susceptum confecit, pauloque post Gallorum sanguine glorias Dux sibi paravit immortales &c. Is Gubernator Comi fuit, & priores obtinebat partes apud Franciscum Sfortiam, cui virtus & integritas Marci nota erat. Cor. fol. 953. Verum quid ulterius progredior, si nullum fere apud nos probatæ nobilitatis genus occurrit, seu præstantissimi Decuriones spectentur, seu Equites Hierosolymitani, seu nobiles Physici, seu alii cujusque Ordinis ac Religionis, in quo tanquam indubitata passim Corii fides non fuerit plenis calculis, & ubique gentium pro tempore commendata.

Ad Patricias itaque Mediolanensis

sis Civitatis Familias diligenti & intenta animadversione perpendere spectat, an mutæ omnes pati debeant rancida illa adversus Corium, ac emortua Hieronymi Vidæ dicteria in vulgus hodie revocari, typisque in Urbe nostra dari, quasi fide omnium dignissima, nec ulli amplius dubitationi obnoxia. Scribit enim *libelli auctor*, ut supra jam vidimus: *Novane fortassis hæc erant* (scilicet mendacem ac dubiæ fidei scriptorem esse Bernardinum Corium) *ignota forte te doctioribus Parentibus nostris, Avis, Abavis?* & infra exclamat: *neque hæc scripta contra Corium prolata ab homine nequam, vel Historicorum, vel temporum ignaro; sed ab Episcopo doctissimo, eruditissimo: uno verbo a Hieronymo Vida*. Quæ tamen & quanta Mediolanensis Urbis Magnalium pars, quantaque insigniorum apud nos Gentium gloria ad nihilum recidet, si mendax ancipitisque fidei historicus censendus est Corius, ut in Poetæ Vidæ tutela & præsidio latens, quasi e sa-

crario, exclamat ſcientiſſimus *libelli auctor*. Quam turpiter hinc millies erraſſe nobilium Phyſicorum Collegium fatendum eſt, quod in plurimorum cooptatione præ oculis haud unquam habuit nutantem Corii famam, ut eam merito, tanquam mendacem, ex documentorum numero, quæ nobilitatis teſtimonium perhibere poſſunt, rejiceret. Quam fœde etiam Sapientiſſimum Juriſperitorum Mediolanenſe Collegium erraſſe dicendum eſt, cum ignorans quæ ad amici noſtri præſcriptum a declamatore Vida omnino perdiſcenda erant, ſuum Bernardini ſcriptis ſæpiſſime chirographum appinxit. Quam imprudenter quoque ſacram Melitenſium Equitum Religionem, alioſque præclariſſimos Nobilium virorum ordines erraſſe affirmandum eſt, cum nunquam Corii fidem ut dubiam, ac mendacem in civium noſtrorum cooptatione repulerint. At ſi forſitan in approbanda hiſtorici noſtri auctoritate ſapientiſſima tum Phyſicorum cum Juriſperito-

rum

rum Collegia, aliorumque præcellentium Ordinum judicia non errarunt, respondeant ipsa quam citissime libelli auctori, nequam inscitiæ notam, & infamiæ labem apud terrarum orbem silendo incurrant. Respondeant etiam novo huic historiarum restitutori inclytæ avorum sanguine & gestis Mediolanenses Familiæ, ac præsentissimo nobilitatis suæ, vel antiquitatis in dubium revocandæ periculo mature occurrant, caveantque cito nequid detrimenti, inulta rerum veritate, Respublica patiatur. Ad Regios quoque Ticinensium animos pertinet, quid hac in causa agendum sit, serio disquirere. Cur enim *libelli auctor* nos hodie lacessit, ut aliquando tandem ad convicia in Corium a Vida projecta responsiones edamus, nisi quod ea, quæ jam satis diserte a Papiensibus responsa sunt, nullo penitus loco habet, ac si tam inclyti cives imprudenter rebus se se perorando immiscere ausi fuissent, quarum scientes ac periti non essent? De-

fendant igitur ipsi acriter gloriosissimos Majores suos, qui si ingenium & opes pro patriis focis ea in lite devovere, paratissimi etiam mortem subire, deserendi profecto nunc a nepotibus non sunt, immo potius ad extremum usque propugnandi, ut aliqua saltem ex parte maximis eorum satis laboribus, ac meritis fiat.

Interim miseret me non infirmitatis modo, qua *libelli auctor* mentem de more calamo præveniens adversus me scripsit, verum etiam infelicitatis, qua ne fortuito quidem aliquid veri scribere potuit, quasi omnia fingendi animo falsa proferre statuisset. Ait enim misellus Vidæ Episcopi declamationes in Urbe nostra propositas coram Principe fuisse, coram quoque Senatu; qua tamen vultus ad furorem compositi asperitate, quo incredibili animorum omnium motu fuerint hincinde exceptæ, nihil ait, cum dictum illud de lupo *nec jus nec pharmacum* in ipso penitus hæreat. Et sane nemo apud nos fuit, qui

qui eas statim indignas lectu non judicaret, nemo qui eas in angulum stomachatus non rejiceret, nemo qui eas veluti sordium omnium cloacas non execraretur. Regia vero Ticinensis Urbe tota adeo efferbuit, ut jam syngrapha ad duellum provocatoria Cremonensibus mittere nonnulli molirentur, ceteris ad arma utcumque in ipsos concurrere & bella gerere placeret. Quam ob rem postea confugit etiam fortissima civitas ad Ducem Ferdinandum Gonzagam Mediolanensis Provinciæ Gubernatorem, qui extemplo sedatis compositisque pro auctoritate sua paulisper omnium animis, petiit inde ab urbe Cremona, an libellus ille, quo tot circumundique tumultus oborti fuerant, communi consilio exaratus, typisque emissus fuisset? Hæc autem atque alia longe plura non in lunari mundo, nec in somniorum archivis, ubi res suas amicus noster conscribillare frequentissime solet, reperiuntur, sed apud Julium Saler-

num ; qui in Oratione secunda MS. pro Papiensibus inquit : *Meministis, opinor, omnes quid actum sit eo tempore, quo Urbs nostra ignominiam sibi hanc non ferendam putans, ab Excellentissimo Principe postulavit, ut sibi fortium virorum more, armis adversus hanc injuriam venire liceret. Nam cum Princeps sedandum sibi hunc motum pro sua prudentia desumsisset, recepissetque se urbis nostræ dignitati consulturum, interrogari populum Cremonensem jussit, an eum librum communi consilio edendum curassent? At illi re diligenter perpensa, quod futurum viderent, ut graviter pro rei indignitate multarentur, tandem aliquando timidi trementesque responderunt, publice quidem a principio uni ex suis, quem doctissimum atque optimum virum putarent, hanc provinciam datam, ut urbis suæ laudes, quantum posset, literarum monumentis illustraret; quod vero is impudentius in maledicendo fuerit debacchatus, in eo nullam suam præterquam negligentiam, culpam esse, qui non emendatum,*

tum,

tum, ac ne lectum quidem librum edi curaverunt, quod illius sui Oratoris judicio probitatique fiderent &c.

Non hisce tamen celeberrima concertatio illa finibus tota conclusa est. Nam Excellentissimus Princeps, & Senatus amplissimus, ut satis justitiæ legibus facerent, & læso aliorum honori pro munere suo consulerent, jusserunt Orationes eas publice manu carnificis concremari & deleri in foro, ubi extremum de reis supplicium sumi laqueo solet, ac sub patibulo ipso, quod ea die ex Principis & Senatus imperio erectum fuit, nequid scilicet deesset, quo ultima infamiæ nota libello illi tam contumelioso inuri posset. Hoc autem æquitatis & justitiæ maximum documentum laudes omnium in urbe nostra adeo promeruit, ut earum strepitu adhuc resonet Insubria tota. Nemo tamen magis gavisus hujusmodi spectaculo fuit, quam Ticinensis populus, in quem tota convitiorum plaustra evomuerat iratissimus Declamator, nullius

lius ſane rei oblitus, quæ æternum ipſi poterat dedecus importare. Quamobrem præ lætitia vix ipſe ſe capiens Salernus, in earum Actionum Auctorem loco ſupracit. his verbis exclamat: *Itaque dignum tui conſilii exitum tuliſti, qui eum librum, ex quo civitati tuæ amplificandæ dignitatis ſuæ ſpem dederas, & a doctis viris rejici, indignumque lectu judicari, & eumdem librum Excellentiſſimi Principis Ampliſſimique Ordinis decreto aboleri ab omni memoria, atque in foro, ſub furca, loco nocentum ſuppliciis deſignato, ipſe tui funeris ſpectator concremari comburique vidiſti. Illud mihi veſtrum decretum P. cumulum gaudii attulit; ille me ignis mihi reſtituit, ac plane beavit; illa mihi flamma lætiſſima illuxit; ille ſplendor, tamquam ex tetri funeſtique monſtri rogo excitatus mitigavit dolorem, indignationem ſedavit ac ſuſtulit &c.* Hæc olim contra Vidam peracta ſunt, & quidem non clam, nec apud Indos, nec apud Inferos, ſed in Italia, quodque amplius

plius est in urbe nostra, in infami foro, quod vulgo dicitur *La Vedra*, jubente Principe, jubente Senatu, innumeris undequaque gentibus ad id spectaculi confluentibus. Qua igitur fronte scribit *libelli auctor* memoratis supra dicteriis in Corium turpiter ejectis Mediolanensem Senatum adversatum nequaquam fuisse, non obstitisse, neutiquam repugnasse. Grande profecto scelus est talia vel leviter suspicari de amplissimo atque integerrimo perillustrium adeo Virorum Ordine, cum Justitiæ leges vel apud Barbaros severissime in famosos libellos animadvertendum præscribant. Longe tamen deterius flagitium est typis Mediolanensibus emittere orbique toti evulgare apud nos olim fuisse Patres conscriptos adeo sui muneris oblitos, ut maledictis, falsisque, & calumniosis contra nobilissimum civem ac de Patria maxime meritum chartis reluctati non sint. Ultimum vero scelerum est ementita hæc spargere deliramenta, cum libellum Vi-

dæ utpote famosum igni publice ex Senatus consulto ac ordine demandatum fuisse, ii nunc quoque sciant, qui ad nos ex Vallis Tellinæ tabernaculis, & ex Breunorum tuguriis frequentes venire solent, ut se minuta mercedula nobis locent ad deferenda onera omnibus expositi, quique etiam sub hyemis adventu maxime, ex eadem Tellina Valle ad verrenda nostrarum domuum fumaria descendunt. At si *libelli auctor*, qui in foro vivit, ea usque ignorat, quæ tanto strepitu in foro acta sunt, regnante invictissima Austriadum Domo, discat hinc orbis, quæ fides ipsi adhibenda, ubi de Carolingiæ stirpis ætate loquatur, ubi Langobardorum tempora scribendo evolvat, ubi se Gothici Regni gestis immisceat.

Ceterum rideo infantiam hominis, qui exsibilando facile artificio Hieronymum Vidam in historicarum rerum cognitione, quibus nunquam operam dedit, efferre conatur, ut Bernardinum Corium

de-

dejiciat, ejusque famam extermi- net, qui totus ad obitum usque in historici munere conquievit. Vatem fuisse Vidam, & magni nominis vatem, me certe non latet, & pleno ore profiteor: non enim meritis juvenili ac virili ætate laudibus privandus est, etiamsi in Corium summa confectus senectute, ac immodico Patriæ amore abreptus, licentissime nimis declamarit. Hinc scio doctissimum Pontificem Leonem Decimum, viso Christiadis Poemate quod ejus jussu conficiebat Vida, præ admiratione ac gaudio in hæc carmina erupisse.

Cedite, Romani Scriptores, cedite Graji:
Nescio quid majus nascitur Æneide.

Scio etiam in publico Bononiensis Urbis Archigymnasio factam fuisse tanti Vatis opera, viventis adhuc, legendi facultatem, quo honoris charactere paucissimis datum est frui, cum literatis viris nonnisi sera, ut plurimum, & diu

post cineres gloria accedat. Scio quoque in tam insignis Poetæ laudem varia diversi moduli nummismata circumferri, quorum aliqua ejus effigiem in antica præferunt cum inscriptione: *Hieronymus Vida*; in postica vero parte eminens Pesagus videtur cum lemmate: *Quos amarunt Dii*. Alia denique scio, & libentissime fateor, quæ omnia abunde satis evincunt, quantum in poetica facultate excelluerit, ut etiam Christiani Virgilii nomine passim insignitus occurrat. At me simul non fugit neminem porsus ad diem hanc ipsum Historiarum cognitione laudibus extulisse: immo potius hujusmodi rerum imperitissimus ostenditur a Bernardo Sacco Patritio Ticinensi, qui in ejus actiones pro Cremonensibus editas acerrime more suo invehitur, ut jam alias innui. Quid ergo exclamat libelli auctor: *Neque hæc scripta contra Corium prolata ab homine nequam, vel Historicorum vel temporum ignaro; sed ab Episcopo doctissimo, eruditissimo: uno verbo a*

Hie-

Hieronymo Vida. Putabat olim Bibliopola M. Annæum Lucanum, quia Pharsaliam versu scriptam cernebat, in Poetarum numero locum habere, ex quo contra plurimi eum dejiciebant, cum historiam potius composuisse videretur, quam Poema. Unde apud Martialem loquens ipsemet Lucanus inducitur.

Sunt quidam, qui me dicunt, non esse Poetam:
At, qui me vendit, Bibliopola putat.

Contra M. Hieronymus Vida inter melioris notæ Poetas merito recensetur: nec ei Mediolanensium aliquis debitam hanc gloriam in dubium unquam revocavit, quamvis perhorrendis Corii nomen conviciis obruerit. Humanæ siquidem imbecillitati condonanda sunt multa ejusque maxime ætati, qua non corporis modo vires, sed etiam mentis deficiunt. Immo laudatum epica in facultate a plurimis nostrorum civium Vidam comperio, quos inter locum habet quoque cla-

clarissimus Vates, ac celeberrimus Mathematicus P. Thomas Ceva, qui unus pro decem millibus computandus. At *libelli auctor* Vidam Historiarum laude insuper ornatum putat, quia nonnihil ad annalium memorias pertinens in declamationibus suis attingit: quo tamen præconio ne Arisius quidem eruditorum Cremonæ Princeps Vatem suum affecit, licet nihil ac nihil omnino silentio prætermiserit, quod ad ejus nomen augendum aliqua via sed recta conduceret. Historicarum vero cognitione rerum imbutum *libelli auctor* Albensem Episcopum solummodo facit, quantum vix satis est, ut jurgiis adversus historicum nostrum prolatis fidem conciliet, & vera esse demonstret, quæ vera esse vellet, ut Corii famam tandem convelleret: adeoque vociferatur: *neque hæc scripta contra Corium prolata ab homine nequam; vel Historicorum, vel temporum ignaro; sed ab Episcopo doctissimo, eruditissimo: uno verbo a Hieronymo Vida*. At multo æquius sane

sane ad infringendam hujus antiquorum censoris fiduciam mihi exclamare licet : neque hæc Hieronymi Vidæ scripta igni publice damnata ab iniquis Judicibus, vel Historicorum, vel temporum, vel legum ignaris ; sed a Patribus nobilissimis, eruditissimis, sapientissimis: uno verbo ab Excellentissimo Mediolanensis Provinciæ Senatu, cujus laudes eo prorsus anno, quo flammis traditus Vidæ libellus, attigit Majoragius in lib. de Sen. Rom. cap. 24. his verbis : *Nam longe felicioribus auspiciis hoc tempore, multoque puriori fide, religione, sanctitate, Senatus hic noster Mediolanensis justitiam exercet, æquitatem tuetur, in commune bonum consulit : ita bonitate sua clementiam temperat, ut debitæ severitatis non obliviscatur ; ita prudenter ac sapienter Rempublicam administrat, ut omnibus summis, mediis, infimis sint omnia grata, quæ facit. Non igitur mirum si hujus ordinis gravitas, constantia, fides, præstantia, in Rep. tuenda cura, atque pruden-* *tia*

tia omnium mortalium fama celebrantur. Nihil enim est tam arduum atque difficile, quod non hic ordo vere sanctissimus atque optimus & consilio regat, & integritate tueatur, & virtute conficiat. Pro ratione autem eorum temporum inter Senatores recensebantur etiam Joannes Angelus Arcimboldus Archiepiscopus Mediolanensis, Joannes Simoneta Laudis Pompejæ Episcopus, Philippus Castillioneus Protonotarius Apostolicus, & Abbas Commendatarius S. Abundii Novocomi, ac Franciscus Casatus summæ venerationis Præsul, qui omnes Religiosissimi Viri in medio Senatu affuerunt, cum ab eodem decretum est actiones illas ignominiose flammis esse devovendas. Hæc unica ac tota ratio est, qua numquam cives nostri in refutandis Vidæ dicteriis operam & oleum perdere voluerunt. Satis enim superque ipsis responsum arbitrati sunt a carnifice, jubente Senatu Sapientissimo, satisque cautum Bernardini Corii famæ teterrimo eo spectaculo,

lo, post quod nemo quidem jure a nobis responsionem exposcere potest, nisi prius de injusta sententia Senatum criminari audeat. Nec ego sane unquam contra Vidam insurrexissem, nisi *libelli auctor* natus febriculosa sua eruditione ad res quietas turbandas, excitandosque tumultus, novissime asseruisset tot putidis contumeliis nihil repugnasse Mediolanensem Senatum. At bone Deus! Quomodo iis Senatus non repugnare potuit, si ex officio suo, cui nunquam defuit, repugnare omnino debebat? Agebatur enim de cive præclarissimo, quem vita functum ideo injuriis omnibus tantum obruerat adversarius, quod summe diligens in scribendo veritatem abdere, vel mendacio contaminare noluerat. Agebatur de Viro Jurisperitissimo, ac nobilissimo Urbis nostræ Decurione, qui jussu publico totus congerendis rerum gestarum memoriis insudarat. Agebatur de spectatissimo Annalium Scriptore, cujus tanta apud æquos rerum æstimatores

res ac judices, jam erat fama, ut celebris Diamans Marinonus, Senator Cæsareus electus, mortuus anno 1548. in MS. Lib. de Orig. Urb. Mediol. & Nobil. Famil. exaraverit: *Prodiit & Bernardinus Corius vernaculus annalium Urbis nostræ scriptor diligentissimus*. Agebatur denique de Patria ipsa, cujus antiquiora, magisque illustria, ac posterorum admiratione digna ex variis hinc inde tabulariis extracta monumenta primus omnium Corius in lucem ediderat. Insuper quomodo sanctissimus Ordo tot maledictis & opprobriis non repugnare poterat, si cum Gente Coria nonnulli Patrum arctissima conjuncti affinitate erant, qui solo naturæ instinctu reclamare haud parum sane debebant, ceterosque ad humanitatem aliquam permovere, præsertim cum teste Vida fere omnes eum pro Patria elaborantem agnovissent. In vivis etiam tunc erant Bernardini Corii Filii Marcus Antonius & Joannes Franciscus, Viri præstantissimi, quos si stipi-

tes quod hujusmodi constitutio, investituræ juribus subsistit, dictumque adhuc, ut præfertur vacare dignoscitur, ac volentes super his tam honoribus, & commodis Ecclesiæ, & mensæ prædictarum providere, quam etiam vos præmissorum meritorum vestrorum intuitu favoribus prosequi gratiosis, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vos pro vobis, & legitimis hæredibus vestris masculis, ex vobis dumtaxat legitime descendentibus, advocatos, seu advogarios Ecclesię, & mensæ prædictarum, auctoritate Apostolica facimus & constituimus, vosque pro vobis, & hujusmodi hæredibus de feudo prædicto, ut præfertur, vacaretam quam de feudo nobili cum ejus honoribus, juribus, jurisdictionibus, & pertinentiis universis, tam in terris, quam in aquis ad ipsum feudum qualitercumque spectantibus, exceptis prædictis decimis Villarum Zuminianæ, & Mazzacavalli quas ad .... ipsius Episcopi, & mensæ prædictæ perpetuo reservamus. Cum pactis, ac conditio-

tionibus ſupradictis per dictum Epiſcopum, ut præfertur, adjectis in hujuſmodi inveſtitura per eum facta, tenore præſentium auctoritate prædicta inveſtimus. Volumus autem, quod in manibus præfati Petri Epiſcopi pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus Epiſcopis Tarviſinis canonice intrantibus, ac Tarviſinæ, & S. Mariæ de Aſylo Eccleſiis prædictis recipientis iterum præſtetis ſolitum fidelitatis debitæ juramentum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, inveſtituræ, & voluntatis infringere, vel auſu temerario contradicere. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſum. Datum Romæ apud S. Petrum Kal. Julii. 1382.

Ex conſimili exiſtente apud nobilem familiam Azoni Avogaro Joannes Minoto Notarius, & Cancellarius Reverendiſs. Capituli Eccleſiæ Cathedralis Tarviſinæ præſens hoc deſumere fecit ab aliena manu fideli, & in

fidem se subscripsit die 3. Junii, 1729.

Pio Antonio Furlani Cancellier della Magnifica Comunità d' Asolo ha copiato.

Nos Joannes Antonius Badoer Potestas.

Universis fidem facimus atque attestamur, supradictum D. Pium Antonium Furlani esse Cancellarium Magnificæ Communitatis Asyli, talem qualem se fecit hic, & ubique fide dignum in quorum &c.

Datum Asyli die 20. Aprilis 1732.

Franciscus Fietta Notarius atque Coadjutor Off. Sigilli.

In

In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis millesimo quingentesimo, Indictione 3. die Martii, decimo octavo mensis Augusti, Tarvisii in Episcopali Palatio, in Camera aurea præsentibus D. Galeatio Facino, & Venerabili Domino Presbytero Benedicto Garletto, testibus ad infrascripta vocatis specialiter atque rogatis, ibique coram Reverendissimo in Christo Patre & Domino, Domino Bernardo de Rubeis, Dei & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopo Tarvisino, comiteque Berceti comparuerunt Nobiles Tarvisini, Dominus Marcus de Advogariis q. Domini Marci, & Domini Isidorus, Joannes, Marcus Antonius, & Dionysius Fratres q. Nob. Domini Ricii parte una; & Domini Antonius, Joannes Hieronymus, & Rambaldus Fratres filii q. magnifici, & generosi Equitis Aurati Domini Altenerii, parte altera omnes de Azonibus; & eidem Reverendissimo Domino Episcopo exposuerunt; quod alias

alias de anno 1488. Indictione sexta, Die Mercurii, secundo Mensis Julii per Reverendum Artium, & Decretorum Doctorem Dominum Franciscum Novello, Canonicum Tarvisinum Reverendiss. in Christo Patris, e Domini, Domini Nicolai Franchi, olim Episcopi Tarvisini Vicarium & locum tenentem Generalem. Nobilis Dominus Licius & Marcus Antonius Fratres quondam Domini Marci de Azonibus parte una pro dimidia; & præfati Domini Joannes, & Rambaldus Fratres quondam Domini Equitis Altenerii eorum propris nominibus, & tamquam Procuratores peritissimorum Legum Scolarium Dominorum Antonii, & Hieronymi fratrum suorum, parte altera pro altera dimidia infrascripti feudi pro indiviso fuerunt legitime investiti pro se, & eorum legitimis ex eis descendentibus maribus, tantum jure feudi Advocariæ Episcopatus, sive Episcopalis mensæ Tarvisinæ, ac de feudo præfati Episcopatus, videlicet Triumbasilicarum,

carum, Zumignanæ, & Mazacaballi Diæcesis Tarvisinæ ad præfatam Mensam Episcopalem pertinente, cum omnibus, & singulis honoribus, oneribus, æmolumentis, juribus, jurisdictionibus, & pertinentiis universis tam in personis, quam in terris, & aquis consistentibus, sicuti de hujusmodi investitura clare constat, ex Instrumento scripto per quondam Ser Franciscum de Nasellis quondam Domini Christophori Notarium,& Civem Tarvisinum sub dictis millesimo, indictione, & die; ad cujus Advocariæ dignitatem, & Officium quondam Dominus Altenerius eorũ Avus paternus auctoritate apostolica pro se suisque legitimis descendentibus maribus tantum fuit in perpetuum confirmatus, & deputatus prout clarius, & difusius in præallegata investitura ultimo loco facta apparere videtur, fueruntque pariter de dimidia pro indiviso, ut supra, de Decimis, & novalibus Zumignanæ, & Mazacaballi prædictorum, cum juribus, & pertinen-

nentiis ſuis inveſtiti. Quæ omnia auctores ſui, & demum ipſi omnes prænominati tenuerunt, & poſſederunt & de præſenti tenent, & poſſident vigore dictarum ſuarum inveſtiturarum, & aliarum ſuperinde per præceſſores Epiſcopos factarum, & ideo qua decuit reverentia inſtantes, & ſupplicantes, petierunt per ſupradictum Reverendiſſimum Dominum Epiſcopum vel hujuſmodi auctoritate, & feudo decimis, & novalibus antedictis inveſtiri videlicet ipſos DominosMarcum quondam Domini Marci, & Iſidorum, Joannem, Marcum Antonium, & Dionyſium fratres q. Nobilis Domini Ricii parte una de dimidia pro indiviſo, & eoſdem Antonium Joannem Hieronymum, & Rambaldum fratres quondam Magnifici Equitis Domini Altenerii de altera dimidia pro indiviſo, & eis inveſtituram innovari, offerentes ſe nominibus quibus ſupra, debitum & ſolitum fidelitatis, & Vaſſallagii præſtare juramentum; quibus omnibus auditis, viſis, & intellectis,

idem

idem Reverendissimus Dominus Episcopus cognoscens integritatem, & fidelitatem prædictorum exponentium, eos admisit, & acceptavit præfatosque Dominos, Marcum quondam Domini Marci, & Isidorum, Joannem, Marcum-Antoniū, & Dionysium quondam Domini Ricii pro dimidia pro indiviso, ut supra, & Dominos Antonium, Joannem, Hieronymum & Rambaldum quondam Magnifici Domini Altenerii pro altera dimidia pro indiviso dicti feudi coram ipso Reverendissimo Domino Episcopo humiliter genibus flexis constitutos, & pro se suisque legitimis, & ex eis legitime descendentibus maribus tantum recipientes, & acceptantes, cum ense nudo, quem ipse Reverendissimus Dominus Episcopus habebat, in manibus ipsorum unicuique porrecto, in signum virilitatis, & defensionem bonorum & jurium Episcopalium, & Ecclesiæ Tarvisinæ de antedicto feudo Advocariæ Episcopatus, & Ecclesiæ predictarum Triumbasilicarum, Annoalis, Zumignanæ,

næ, & Mazacaballi, cum omnibus suis juribus, & pertinentiis, honoribus, oneribus, & æmolumentis, ac jurisdictionibus quibuscumque, tam in personis quam in aquis, & terris consistentibus, ac de Decimis novalibus Zumignanæ, & Mazacaballi præfatorum, juxta formam antiquarum suarum investiturarum, actualiter, & præsentialiter reinvestivit & investituram renovavit, jure tamen ipsius Reverendissimi Domini Episcopi Tarvisini suique Episcopatus & aliarum quarumcumque personarum in omnibus salvo, & prorsus reservato. Confirmans eosdem pro portionibus antedictis virtute præsentis investituræ in pacifica possessione præfati feudi, & advocariæ pro indiviso, ut supra. Et immediate antedicti Dominus Marcus, & ceteri, de quibus supra, investiti fuere, fidelitatem fecerunt Ecclesiis gloriosissimæ Virginis Mariæ de Asylo, & dicti Petri de Tarvisio, ac Reverendissimo Domino Episcopo Tarvisino, ac successoribus suis canonice intran-

trantibus delatoque eorum unicuique corporali juramento per antedictum Reverendissimum Dominum Episcopum, manibus tactis scripturis, juraverunt ad Sacra Dei Evangelia, quod ipsi omnes erunt perpetuo boni, & fideles Vassalli, & feudatarii, ac bonorum juriumque & honorum, ac jurisdictionum suarum fautores & defensores, ac conservatores bonorum Ecclesiarum præfatarum, & ipsius Reverendissimi Domini Episcopi Tarvisini, & successorum suorum canonice intrantium, & quod numquam erunt tractatu vel consilio, dicto vel facto; unde præfatus Dominus Episcopus aut successores sui Episcopatus, vel Ecclesiæ antedictæ in personis, bonis, juribus, & jurisdictionibus suis periculum aut detrimentum aliquod patiantur; imo si ab aliis hujusmodi tractari, procurari, aut machinari cognoverint, & pro posse impedient, & vetabunt, & quantum citius poterunt ipsi Reverendissimo Domino Episcopo, aut successoribus suis pro tempore existentibus

tibus indicare, & propalare ſtudebunt, ceteraque omnia facient, & obſervabunt, quæ in Sacramento novæ, & veteris formæ continentur.

Ex l. 4. H, exiſtente in Cancellaria Epiſcopali Tarviſina hac die 14. *Menſis Maji.* 1729.

Concordat &c.
Ita eſt &c.

Joannes Bapt. Stephanini I. V. D.
Coad. Epiſc. in fidem &c.

In

In Christi nomine Amen. Anno ab ejusdem Nativitate millesimo, septingentesimo quinto, Indictione XIII. die vero Martii, sexto Mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri, Domini Clementis, Divina Providentia Papæ XI. Anno Quinto.

Coram Illustrissimo & Reverendissimo Domino, Domino Joanne Baptista Sanudo, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Tarvisino, sedente in Camera suæ solitæ residentiæ in Episcopali Palatio Tarvisii &c. comparuerunt Nobilis Dominus Hercules Azoni Avogadro quondam Nobilis Domini Ludovici, pro se, & pro Nobili Domino Marco ejus fratre, nec non pro nobilibus Dominis Augusto, & Jacobo ejus filiis &c. nobilis Dominus Hieronymus Azoni Avogadro, Antenore, & Francisco ejus filiis, Dominus Nobilis Floravantius Azoni Avogadro quondam Nobilis Domini Nestoris pro se, &

pro

pro Nobilibus Dominis Nestore & Marco Antonio ejus filiis, Nobilis Dominus Marcus Antonius Azzoni Avogadro quondam Nobilis Domini Pauli pro se, & pro Nobilibus Dominis Paulo, & Ludovico ejus filiis &c. & exposuerunt, quod per Prædecessores Illustrissimos, & Reverendissimos Dominos, Dominos Episcopos, Genitores dictorum Nobilium comparentium de familia Azzoni Avogadra, pro se, & suis legitimis descendentibus masculis tantum &c. investiti fuerunt, sive cum ipsis facta fuit renunciatio feudi Nobilis Advocariæ nuncupatæ Episcopatus, sive Mensæ Episcopalis Tarvisinæ, videlicet Annoalis, Stigliani, Triumbasilicarum, Zuamignanæ, & Mazacaballi, cum omnibus, & singulis nominibus, oneribus, & æmolumentis, juribus, & jurisdictionibus, & pertinentiis universis, tam in personis & terra, quam in aquis consistentibus. Nec non fuerunt pro indiviso investiti, & eisdem facta renovatio de Decimis, & novalibus Terra-

rarum, & locorum Zuamignanæ Mazacaballi, & Triumvillarum prædictorum, cum juribus & pertinentiis suis, & in pacifica possessione dicti feudi jurisque decimandi fuisse & esse in præsenti die prout est notorium, & de præmissis apparent plures renovationes, & instrumenta desuper confecta per tunc Notarios, & Cancellarios Episcopales Curiæ Tarvisinæ, ad quas relationem haberi voluerunt; & ideo qua decuit reverentia institerunt, & supplicarunt Illustrissimam & Reverendissimam Dominationem suam, uti modernum, & legitimum Episcopum Tarvisinum; & prænarratorum dictorum Bonorum, locorum, Decimarum, ac jurium de hujusmodi auctoritate, ac feudo pro indiviso ipsis investituram renovari, offerentes se suis propriis nominibus, & aliorum pro quibus interveniunt, ac de rato promittunt fore, & esse fideles Vassallos præstareque solitum fidelitatis & vassallagii juramentum

Qui Illustrissimus, & Reverendissi-

dissimus Dominus, Dominus Episcopus his omnibus auditis, agnoscens integritatem, & fidelitatem dictorum Nobilium de Azzonibus Advogariorum, eos admisit, & acceptavit præfatos Nobiles Dominos in comparitione nominatos nominibus propriis, & pro quibus intervenerunt coram ipso humiliter flexis genibus petentes per absolutum ensis nudati, quem ipse Illustrissimus Dominus Episcopus in manibus tenebat, in signum virilitatis, & defensionis de antedicto feudo Episcopatus Advocariæ, & Ecclesiæ Tarvisinæ, Triumbasilicarum, Annoalis, Ziminianæ, Mazzacaballi, ac sigillari prædictorum juxta formam antiquarum investiturarum suarum, nec non Decimarum super dictis bonis exigendi, actualiter, & præsentialiter investivit, & investituram renovavit, jure tantum ipsius Illustrissimi Domini Episcopi, suique Episcopatus, & aliarum personarum salvo prorsus, & reservato, ac salvo etiam, & illibato alto hujus Serenissimæ Reipubli-

publicæ Dominio, salva semper fidelitate debita Serenissimæ Reipublicæ Venetæ, confirmans eosdem virtute præsentis investituræ in pacifica possessione prædicti feudi, & Advocariæ pro indiviso, ut supra, & remittendo eis, & cuilibet ipsorum omnem negligentiam ob non petitam investituram tempore debito; & immediate dicti Domini comparentes supranominati pro se, & nominibus, quibus interveniunt, fidelitatem fecerunt D. Mariæ de Asylo & B. Petri de Tarvisio & eorum Ecclesiis, ac ipsi Illustrissimo Domino Episcopo, & successoribus suis delato unicuique eorum corporali juramento per dictum Dominum Episcopum, manu tactis scripturis ad Sancta Evangelia, juraverunt, quod ipsi omnes erunt perpetuo boni, & fideles Vassalli, & feudatarii ac jurium, jurisdictionum, & bonorum suorum fautores, & defensores, ac conservatores bonorum, & Ecclesiarum superscriptarum, ac Illustrissimi Domini, Domini Episcopi, & successorum suorum ca-

nonice intrantium; & quod nunquam erunt in aliquo tractatu, vel consilio, dicto, vel facto; unde dictus Illustrissimus Dominus Episcopus, & successores sui Episcopatus, vel Ecclesiæ antedictæ in personis, bonis, juribus, & jurisdictionibus suis periculum, aut damnum aliquod patiãtur; imo si quid ejusmodi tractari, procurare, aut machinari senserint, id pro posse impedient, & vetabunt, & quanto citius poterunt, ipsi Illustrissimo Domino Episcopo, & successoribus suis pro tempore existentibus indicare, & propalare procurabunt, ceteraque facient, & observabunt, quæ in Sacramento novæ, & veteris formæ fidelitatis continentur.

Omissa descriptione bonorum.

Acta fuerunt præmissa Tarvisii in Palatio Episcopali Die, mense, Anno, Indictione quibus supra. Præsentibus Reverendis Domi-

nis

nis Joanne Baptista Bevilaqua, Rectore S. Pancratii, hujus Civitatis, & Antonio Bosello, familiari, testibus.

Ego Franciscus Trento Cancellarius Episcopalis de præmissis rogatus, publicum hoc confeci instrumentum, subscripsi, & publicavi in forma &c.

Ex libro feudorum existente in Cancellaria Episcopali Tarvisina hac die 18. *mensis Maii*, 1729.

Concordat &c.
Ita est &c.

Joannes Bapt. Stefanini I. V. D.
Coad. Episc. in fidem.

DE FORMULIS

Bonæ Memoriæ, Piæ Memoriæ,

Et ſimilibus ad Perſonas viventes quandoque applicatis,

DISSERTATIO.

DISSERTATIO.

QUI S. P. Romualdum anno 1027. ex humanis ereptum, & ad cæleſtes manſiones translatum opinantur, nec poſt menſem Junii prædicti anni in vivis fuiſſe mordicus tuentur, potiſſimum ſententiæ ſuæ fundamentum ex Privilegio Theodaldi Epiſcopi Aretini derivant, quod Heremo Camaldulenſi concedere ſe fatetur optimus Antiſtes: *Ob amorem PIÆ MEMORIÆ ſpiritalis Patris noſtri domni Romualdi Clariſſimi Eremitæ*; idque datum legitur *anno MXXVII. Menſe Auguſto, Indictione decima:* Quemadmodum & in alio Privilegio anni MXXXIII. eundem Patrem Romualdum *SANCTISSIMÆ MEMORIÆ* appellat. Ut ergo conſtet, quæ vis ejuſmodi formularum cenſenda ſit, ad annum mortis S. Romualdi determinandum, non pauca ſimilium dictionum exempla expendere juvat,

M 4 qui-

quibus constabit, illas aliquando viventibus, ex veteri Scriptorum consuetudine, fuisse accommodatos, ut a Mabillonio *Annal. Bened. t.* 3. *ad ann.* 862. *n.* 97., *tom.* 4. *ad ann.* 1038. *n.* 106., *tom.* 5. *ad ann.* 1074. *num.* 48., & *de re diplom. pag.* 538. & 601. Du Cangio *in Glossar. V. Memoria pag.* 562. Muratorio *Antich. Estens. part.* 1. *cap.* 34. *pag.* 344. diserte traditur: ut mirum sit, eam assertionem a me olim firmatam, ab nonnullis auctoribus, velut futilem, ac vanam, & insubsistentem traduci.

Sane bina dumtaxat exempla ipse attuleram *dissert.* 2. *num.* 14. ejusmodi consuetudinis. *Primum* ex diplomate, quo Jacobus Bavarus Episcopus Fesulanus, apud Ughellum in *Ital. Sac. tom.* 3. agentem *de Episc. Fesulan.* Ecclesiæ suæ bona quædam largitur, Canonicorum suorum usui applicanda, ut sub uno Præposito communem vitam traducerent. Incipit: *Cum constet omnes brevis exilii peregrinatione viventes &c. datum anno MXXXII.*

Impe-

Imperii D. Conradi Augusti anno V. Indictione XV. adeoque ipso Conrado vivente, qui dumtaxat anno 1039. die 4. Junii apud Trajectum obiit: de quo tamen Conrado sic ait Fesulanus Episcopus Jacobus: *pro salute Conradi Serenissimi Imperatoris FELICIS MEMORIÆ, suæque Conjugis Gislæ Augustæ, & filii ejus Henrici &c.* Anne hic Conradus mortuus supponitur, quia *Felicis Memoriæ* dicitur? Absit; nam in data diplomatis ejus Imperii annum quintum Jacobus non numeraret: præterquam quod constat, ex instrumento Iltæ Abbatissæ quod eundem Ughellum, quod Jacobus ille Præsul Fesulanus ante Conradum Imperatorem obiit anno 1037. quandoquidem hic Imperator ad consecrandum Vallis Umbrosæ Oratorium misit Rodulphum Paderbonensem Episcopum, *quia Fesulani JACOBO EXTINCTO, nondum habebant consecratum Præsulem.*

Alterum Exemplum adhibui ex documento apud Ughellum in Flo-

rentinis Episcopis, ubi de S. Andrea Præsule, qui anno 870. Abbatissam ordinavit cœnobii S. Andreæ Apostoli Idembertam: in quo diplomate hæc formula legitur: *secundum illa præcepta, quæ dominus, & BONÆ RECORDATIONIS Dominus Ludovicus Imperator constituit*. Qui tamen Imperator nonnisi quinquennio post, ideſt anno 875. Brixiæ obiit, Mediolanum deinde translatus. Itaque de Ludovico adhuc vivente usurpata est formula illa *Bonæ Recordationis*. Hoc quidem exemplum Gulielmus Cuperus falsitatis insimulare non veretur, eo quod verba ab Ughello adducta illum annum 870. determinate non exprimant; sed ex veteri codice Domini Benvenuti Prioris S. Felicitatis Florentiæ, ubi ejusmodi documenti exemplar integrum] legitur cum sua *data Octavo Kalendas Novembris anno Dominicæ Incarnationis octingentesimo septuagesimo indictione quarta* (a Septembri mutata) de prædicti anni determinatione confir-

firmatus eram, præter levem conjecturam inde mihi de ipso subortam, ex quo Ughellus statim subdat, eodem anno 870. Andream Episcopum judicio in favorem Lucensis Episcopi Gerardi interfuisse. Quare non est cur in hoc proposito *bonam fidem* in me Cuperus desideret, nisi & illi *bonam mentem* augurari nos cogat, qua rectius examinet adducta documenta, nec absque idoneo fundamento illa rejicere præsumat, velut a nobis arbitrarie conficta.

Tertium exemplum habemus apud Mabillonium, qui *in Annal. Benedictin. ad annum* 862. §. 97. de literis Synodi Suessionensis agens quibus bona quædam confirmantur Monasterio S. Dionysii Parisiorum, sic habet. *Denique illud observandum, quod Ludovicus Abbas Dionysianus, cujus interventu hæ literæ conditæ sunt, quibus etiam ipse subscripsit, in contextu PIÆ MEMORIÆ Hludovicus Abbas dicitur*. Additque: *cujus rei alia exempla extant, tum in libro de Vita S.*

 Wifri-

Wifridi Episcopi Eboracensis, auctore Stephano Eddio ejus æquali (ubi scilicet de Arcone Episcopo *Cap.* 21. sic habetur : *porro BEATÆ MEMORIÆ adhuc vivens gratia Domini Arco Episcopus*, cui etiam librum illum suum Eddius dedicat) Et hoc *Quartum* erit exemplum; imo *Quintum*, & *Sextum* hinc derivari potest; nam *capitibus* 53. & 61. simile quid occurrere in eodem libro testatur Du Cange *in Glossar.* verbo *Memoriæ*, concludens, ejusmodi formulas *etiam de superstitibus* usurpari solitas.

Septimum exemplum, imo & *Octavum* affert idem Mabillonius, post nuper citata verba sic prosequens : *tum in libro sexto de Re Diplomatica pag.* 538. & 601. *ubi Carolus Calvus, & Goislenus Episcopus Suessionenis, adhuc viventes, itidem PIÆ MEMORIÆ titulis afficiuntur*. Mox *ad eundem annum* 862. §. 108. iterum adducit ex Opere diplomatico. *Nonum* exemplum ex insigni Præcepto Caroli Regis *Eod. lib.* 6. *pag.* 535. ibidem

re-

relato pro confirmatione partitionis Monachorum Dionysianorum, ubi pariter *PIÆ MEMORIÆ Hludovicus Abbas*, idem, qui ipsimet Carolo preces porrexerat, adeoque *adhuc vivens*, nominatur. Sed & *ad annum* 1038. §. 106. ipse Mabillonius meminit Instrumenti, quo Matthias Civitatis Namneticæ Comes, Theburgæ Abbatissæ S. Mariæ de Charitate, vulgo *de Roncereyo*, Civitatis Andegavensis, concedit locum in ipsa Urbe Namnetica, & sub initium semet *BONÆ MEMORIÆ Comitem* appellat, suumque signum literis apponit, una cum Rodardo Vicecomite. Et hoc vetusti hujus usus *Decimum* erit exemplum.

Undecimum esto, cujus meminit idem Mabillonius *ad annum* 1074. *num.* 48. ex Epistola Gregorii VII. Papæ ad Henricum IV. Scripta anno 1074. ubi de Agnete ejus Regis matre inquit: *PIÆ MARIÆ Agnes mater tua*, quæ tamen adhuc in vivis erat, nec nisi sub finem anni 1077. mortem oppetiit.

Duo-

Duodecimum vero habetur exemplum apud eundem Mabillonium *ad annum* 1098. *num.* 101. ex iscriptione libri Gaufridi Monachi, quem viventi Georgio Catani Episcopo dedicat hoc elogio : *BEATÆ MEMORIÆ Georgio Catanensi Episcopo* : quem librum videre licet in egregio Opere *Rerum Italicarum tomo V. pag.* 547. recenter editum a clarissimo Muratorio.

Tertiidecimi exempli loco afferri potest, quod Joannes ejus nominis Primus, Lusitaniæ Rex hoc ipsum cognomentum *BONÆ MEMORIÆ* a subditis suis obtinuit, ut testatur Auctor libri inscripti *Mars Gallicus l.* 1. *c.* 25. adeo ut in suis diplomatibus, eo titulo nomen suum ipse condecoraret. Rursus *Quartumdecimum* prębet exemplum Anselmus Episcopus Gratianopolitanus, qui anno 1042. in donatione facta Aimoni Clerico, pariter *BONÆ MEMORIÆ* adhuc vivens, & ipsi contractui præsens appellatur, ut videre est apud Gui-

che-

chenonem *Bibliotheca Sebusiana centur.* I. *cap.* 25.; qui rursus *centur.* 2. *num.* 30. *Quintumdecimum* nobis ministrat exemplum de Willelmo Othone Comite, qui anno 1020. in quadam charta *BEATÆ MEMORIÆ* adhuc vivens pariter appellatur.

Sextumdecimum nobis offert Guarinus Abbas Coxanensis, qui anno 1000. in quodam diplomate apud Petrum de Marca *in append. Marca hispanica tit.* 147. dicitur *VENERANDÆ MEMORIÆ Warinus*; Cum anno 1008. adhuc in vivis esset, ex diplomate alio Joannis XIX. Papæ ad ipsum dato apud eundem Petrum de Marca *tit.* 157. cujus data est: *Scriptum per manum Benedicti Scriniarii S. Romanæ Ecclesiæ in mense Junio indictione sexta feliciter*; unde retrahi ad aliquem alium anteriorem Joannem Pontificem non posse arbitrati sunt idem Petrus de Marca, & Mabillonius; nam ejusmodi Scriba *Benedictus Scriniarius* aliorum ejusdem nominis Pontificum bullis non

sub-

subscribebat : sed hujus tantum Joannis XVIII. dicti XIX. & ejus successoris Sergii IV.

Decimumseptimum præbet exemplum Karolus Magnus, qui anno 795. confirmat sententiam Leonis III. Papæ pro Aretino Episcopo contra Episcopum Senensem, dicens : *Ergo jubemus quod perpetualiter dictam commemoratam Sanctam Dei Ecclesiam jure firmissimo mansuram esse volumus, & inspecta ipsa auctoritate vel confirmatione prædicti Domini BONÆ MEMORIÆ Patris Leonis Summi Pontificis, & universalis Papæ &c.* apud Ughellum *Ital. Sacr. tom.* 1. *in Episc. Aretinis*. Fuit tamen Leo Papa superstes usque ad annum 816. Carolo ad annum 814. præmortuo.

Decimumoctavum habemus ex Pipino Rege, qui S. Bonifacio Moguntino Archiepiscopo scribens, apud Canisium *Antiqu. Lect. tom.* 3. *pag.* 363. *novissimæ editionis*, de Karolomanno fratre suo ait : *in loco, quem BEATÆ MEMORIÆ*

Ka-

Karolomannus germanus noster legitima donatione sibi concessit. Cum tamen Karolomannus post eundem S. Bonifacium mortuus sit, teste Mabillonio.

Decimumnonum suppeditat Stephanus Abbas Egmondensis, qui adhuc vivens *BONÆ MEMORIÆ* appellatur in literis, quibus ejus rogatu Theodoricus V. Egmondensis Comes Antecessorum donationes ejus Monasterio factas confirmat, & amplificat, ex Mabillonio *Annal. Bened. lib.* 66. *ad annum* 1083. *num.* 53.

Præterea exemplum *Vicesimum* deduci potest ex Chronico Casauriensi pag. 1008. *editionis factæ inter Scriptores Rerum Italicarum tom.* 2. *part.* 2. ubi ejusmodi legitur documentum. *Breve recordationis, ac pro futuris temporibus memorandum: qualiter Dominus noster Rex Rugerius BONÆ MEMORIÆ de Apulia cum maximo honore, ac triumpho ad partes istas pervenit, & justitiam Ecclesiis, & hominibus fecit &c. Anno Dominicæ Incarnationis MCXL.*

MCXL. Indict. III. Cum tamen Rex ille Rogerius usque ad annum 1154. supervixerit, & XIV. annis post illud scriptum monumentum obierit.

Vicesimumprimum eruo ex Archivo Archiepiscopali Ecclesiæ Pisanæ, ubi num. 323. adest Contractus venditionis factæ anno 1137. more Pisano, *idibus Decembris indictione quintadecima*, a Guidone quondam Morelli, & Gerardo ejus filio, & Gisla ipsius jugali, filia Petri, quorundam bonorum *Sanctæ Dei Ecclesiæ Episcopatus S. Mariæ Pisanæ Urbis, in qua Ubertus Dei gratia Archiepiscopus Rector, & Dominus juste præesse videtur, &c.* & in decursu legitur: tibi præfatæ Ecclesiæ BONÆ MEMORIÆ Archiepiscopo Uberto, suisque successoribus &c. Rogavit *Ugiccio Notarius Apostolicæ Sedis.* Nec dubitare licet tum ex sensu ipso, & contextu verborum eam phrasim ad viventem Ubertum Archiepiscopum, qui tunc eidem Ecclesiæ præerat, referri, cujus etiam su-

fuperftitis anno fequenti 1138. Pifano IV. nonas Maji, & pridie Idus Junii mentio habetur in ejufdem Archivi monumentis num. 330. & 331. fignatis.

Vicefimumfecundum exemplum deducitur ex Inftrumento Concordiæ inter Henricum Saxoniæ Ducem, & Eftenfes Marchiones Bonifacium, Fulcum, Albertum, & Opizonem relato a Doctiffimo Muratorio *Antiquit. Eftenf. part.* 1. *cap.* 34. *pag.* 341. ubi legitur: *Cum Rex BONÆ MEMORIÆ Fridericus Italiam intraffet* &c. *Actum anno Domini millefimo centefimo quinquagefimoquarto, Indictione fecunda*; Quo tempore Fridericus ille Ænobarbus adhuc in vivis erat. Item ex inftrumento concordiæ inter Welphum Ducem Spoletanum, & eofdem Marchiones Eftenfes, apud eundem *loc. cit. pag.* 343. exemplum *Vicefimumtertium* deducitur, nam ibi pariter dicitur: *Cum Imperator BONÆ MEMORIÆ Federicus Italiam intraffet &c. Factum eft hoc anno ab Incarnatione Domini noftri*

Jefu

Jesu Christi millesimo centesimo quinquagesimonono, Indictione octava. Qui tamen Federicus Imperator, usque ad annum 1190. in vivis fuit.

Vicesimumquartum denique exemplum nobis exhibet Diploma concessum a Guidone Volateranno Episcopo Monasterio nostro SS. Justi, & Clementis anno 1034. apud Fortunium *part. 2. hist. Camal. lib. 2. cap. 5.* Et apud Henschenium *in Vita dd. SS. die 5. Junii* commemoratum, in quo sic habetur: *pro salute animæ Conradi Serenissimi Imperatoris AUGUSTÆ MEMORIÆ Senioris mei? necnon pro salute Henrici gloriosissimi Regis filii ejus &c.* cum nonnisi quinquennio post, scilicet anno 1039. ut supra dixi Conradus Imperator obierit; & sane si post mortem Conradi id scriptum fuisset, non fieret mentio ejus Filii Henrici ut *Regis* sed ut *Imperatoris*. Itaque tam in *primo* quam in hoc *ultimo* exemplo Conradus vivens, nunc *Felicis*, nunc *Augustæ memoriæ* dicitur,

tur, utrobique nominato ejus filio Henrico Rege nondum Imperatore, quia Pater nondum obierat.

Quod si ergo potuit Conradus II. Imperator, pluribus annis antequam ex hac vita migraret, tum *Felicis memoriæ* dici, tum rursus *Augustæ memoriæ*: si Ludovicus Imperator, adhuc in vivis existens, *Bonæ recordationis* nominari potuit: si Guarinus Abbas, pluribus annis ante quam ad cælestem vitam migraret, *Venerandæ memoriæ* inscriptus legitur titulo, Episcopus Arco: si Georgius Catani Præsul, si Karolomannus, si Comes Willelmus Otho, adhuc viventes *Beatæ memoriæ* Elogio donati sunt: si Leo Papa III., si Rex Rogerius Siciliæ, si Joannes I. Rex Lusitaniæ, si Stephanus Abbas Egmondensis, si Matthias Comes Nannectensis, si Ubertus Pisanus Archiepiscopus, si Federicus I. Imperator *Bonæ memoriæ* titulis sunt insigniti: si Ludovicus Abbas Dionysianus, si Carolus Calvus, si Soislenus Episco-

ſcopus, ſi Agnes Imperatrix *Piæ memoriæ* appellationem, adhuc in mundo ſuperſtites, ſibi promeruerunt: cur mors S. P. Romualdi ad annum 1027. ſtatuenda tam conſtanti opinione cenſebitur, ex quo *Piæ memoriæ* vir, a Theodaldo Epiſcopo Aretino, in ſuis litteris anno eodem 1027. de menſe Auguſto datis, nuncupetur?

Niſi ergo alia ſuppetant fundamenta, pro anno emortuali Sancti Romualdi ſtabiliendo, illud ex Privilegio Theodaldi Præſulis deductum, ob formulam prædictam *Piæ memoriæ* Romualdo applicatam, nullatenus ſubſiſtere poteſt: præſertim cum in illo nunquam *Beati*, vel *Divi*, aut *Sancti* adjuncto, nomen Romualdi videatur eſſe diſtinctum, ut ſaltem fieri debuerat in alio ejuſdem Teodaldi Privilegio, dato anno 1033., hoc eſt elapſo poſt annum 1027. quo mortuus creditur Sanctus Pater, Sexennio; quandoquidem poſt quinquennium ab ejus obitu, Sedis Apoſto-

postolicæ indulto, super ejus tumulum altare fuerat erectum; sed in utroque hoc privilegio *Domnus Romualdus pius Eremitarum Pater* nominatur: quod prænomen *Domni* viventibus Monachis tribui solet.

289

ANTONII
DE FERRARIIS GALATEI
VITA
AB JO: BAPTISTA POLLIDORO
CONSCRIPTA.

Viro Clarissimo

LUCÆ ANTONIO PERSONÆ

JOANNES BAPTISTA POLLIDORUS

S. P. D.

POSTREMIS literis a Clarissimo Viro Jacobo Balduino Neapoli datis accepi, Te nitidissimam librorum *de situ Iapygiæ*, & *Descriptionis Callipolis* Antonii Galatei conterranei tui editionem parare. Id si ita est, absolutioremque, quam quæ hactenus publici juris facta legitur, ex ejus scriptis potissimum collectam vitam

evulgando Volumini præfigere libeat, qualemcumque canicularibus diebus confeci, accipies. Amici, qui opellam legerunt, viris eruditis non ingratam censent, nec futuram inutilem. Tu pro rei pretio illam pendito: meque tui studiosum diligere pergas, & amare. Vale. Anxani Frentanorum, idibus Decembris, anno Domini MDCCXXX.

VITA

VITA ANTONII DE FERRARIIS COGNOMENTO GALATEI

Ex ejus scriptis collecta.

1444.

I. GAlatenæ *(a)* nobili in Iapygia oppido, quod tribus fere passuũ millibus Nerito distat, natus est Antonius, anno *(b)* ab ortu Servatoris quadringentesimo quadragesimo quarto supra millesimum. Familiæ de Ferrariis *(c)* non obscuræ germen fuit:

(a) Ex lib. de situ Iapyg. Epist. ad Loysium Paladinum, & Descriptionis Callipolis ad Summontium *(b)* de educatione filior. regum ad Chrysostomum *(c)* Processu Sacerdotii S. Jacobi Galatenen. familiæ de Ferrariis servato in Archivio Episcopat. Neritin. Q. Mario Corrado in Epist. ad Marcellum fratrem. Jo: Michaele Martiano in hist. de Bello Hydruntino, & aliis.

fuit: duxitque a Græcis (*a*) genus, quod antiqua in Sallentinis vigebat (*b*) origine. *Avus, & progenitores*, ut ipse scribit (*c*) *Græci Sacerdotes fuere, literarum græcarum, Sacræ Scripturæ, & Theologiæ minime ignari: Non armis hoc est, vi, cœtibus, & rapinis, sed bonis moribus, & sanctitate Vitæ celebres*. Patrem habuit (*d*) *Petrum* græcis latinisque instructus (*e*) literis: qui alterius Johannæ Reginæ partes (*f*) sequutus adversus Alphonsum Aragoneum, & Johannem Antonium Ursinum Tarentinorum Principem, ab eodem Iapygia potito, Callipoli exsulare cogitur. Sed caussa per scriptum dicta: *Verba adeo grata bono Principi fuere, ut totum, si quod erat, odium in amorem verteret: tantumque illi, quoad vixit, fidei præstitit quantum cuivis eorum, quos carissimos habebat*.

Ejusque

(*a*) Lib. de situ Iapyg. (*b*) ibid. Vide lib. de nobilitate ad Gelasium (*c*) ibid. (*d*) Petr. Ant. de Magistris in Vita (*e*) lib. de situ Iapyg. & Dialog. cui tit. Heremita (*f*) lib. de situ Iapyg.

Ejusque heroicam mortem, quam pro veritate, & fide servanda passus est, molestissime tulit, & aspere ultus est: Alibi (*a*) Antonius Parentes suos appellat *honestos, justissimos, mites, temperantes*: eamque nobilitatem pluris se facere, quam faciant suam *Tarquinii, aut Claudii, aut Fabii, aut Curtii, aut Scipiones, aut Coriolani, aut Syllæ, aut Catilinæ,* testatus est. *Matrem* quatuor præterea fæcundam filiabus (*b*) *Johannam de Alexandro* eidem fuisse (*c*) ferunt, illustri in eodem oppido natam genere. Memoratur item ab ipso (*d*) *Avunculus, qui nobili quondam Cœnobio Monachorum magni Basilii, Divo Nicolao dicato, in Agro Galatenensi plusquam triginta annos præfuit.*

II. *Inclinante Græcorum fortuna* (*e*) *post quam a Græcis Provincia ad Latinos transmigravit, celeberrima Neriti toto Regno fuere literarum studia.*

(*a*) Dialog. Heremita. (*b*) Magist. in vit. (*c*) Dom. de Angelis in Vit. Ant. Galatei (*d*) lib. de sit. Iapygiæ (*e*) ibid.

dia. Potiſſimum quinto decimo Chriſtianæ Salutis ineunte ſeculo *ab omnibus ipſius Regni provinciis* (*a*) *ad accipiendum ingenii cultum Neritum confluebant. Omnis, ſi qua erat in Iapygia diſciplina a Nerito ortum habuit*: nec pauci laudabantur viri doctrina clari, qui e Neritino gymnaſio in dies prodibant.

1454.

Hujus loci Petrus opportunitate uſus, Antonium filium in ipſo Adoleſcentiæ flore eodem miſit, ubi educatus (*b*), & inſtitutus eſt (*c*) literis: Hydrunti deinde aliquandiu habitavit (*d*) verſatuſque eſt cum Stephano Archiepiſcopo conſanguineo (*e*) ſuo, qui poſtea a Turcis, Urbe capta, interemtus, Chriſti Martyr occubuit. Hic excultum optimis rudimentis ingenium exercuit: reſpondebatque juvenis conatui inſtructiſſima Bibliotheca, quam

(*a*) Ibidem. (*b*) ex Deſcript. Callipolis (*c*) lib. de ſitu Japygiæ (*d*) Epiſt. ad Julium II. Pont. Max. de donatione Conſtantini Imp. facta Romanæ Eccleſiæ (*e*) ibid. & lib. de ſit. Japyg.

quam (*a*) *Nicolaus Hydruntinus*, dictus *Nicetas*, vir doctissimus ex Philosopho Religiosum, Sancti Basilii institutum professus, *omnis generis libris* instruxerat. Quum pertinacibus Iapygia, totumque fere Neapolitanum Regnum eodem tempore æstuarent bellis, feralia illorum mala Ferrariensis familia Galatenæ miserrime experta est; egensque aliorum auxilio, duram Antonius vitam agebat.

1462.

Communibus Gentis suæ calamitatibus adversa corporis valetudo accessit. Enimvero, ut ipsemet scribit ad Altilium (*b*) Policastrensem Episcopum: *Podagra me vix quartum, & vicesimum annum agentem omnium rerum egentem invasit. Me ætas, & fortuna, & invisa podagræ paupertas, & in ipsa principio remediorum copia, & convalescendi cupiditas ab incurabili morbo liberavit. Decreveram enim potius mori, quam in illa ætate, & fortuna podagrari. Fu-*

(*a*) Ex citata epist. ad Julium Pont. Max.
(*b*) lib. 1. de Podagra curanda.

turum Medicum, & ægrotantium domos quotidie, vel ter, vel saltem bis visitaturum, non permiserat podagra vexari.

III. Ne quid temporis deperiret, potioraque literarum subsidia, & ampliorem eruditionem sibi adsciscerct, *succissivis horis* legebat *Politica, & Poetica (a), & ipsos Poetas, qui per jucunda quædam oblectamenta non minus, quam Philosophi per severa præcepta, & legum latores, per minas, & tormenta vitæ conducunt*. Post latinas & Græcas literas, Philosophiæ, ac Medicinæ navavit operam: in quibus quum egregie profecisset, Ferrariæ *(b)* Doctoratus accepit Insignia, Hieronymo Castello duce. Philosophum porro, & medicum agens, multa utriusque facultatis scripta reliquit Opuscula, nimirum de situ Elementorum: de maris aquis & fluviorum Origine: de optimo genere philosophandi, subtilesque de

(a) Apologetic. ad Bellisarium Aquivivium Ducem Neritinor. (b) in Epist. ad Nicolaum Leonicenum de Apologetico.

de variis rebus quæstiones physicas. De Euhrasia, sive de bono temperamento: de morbo articulorum: de curanda Podagra: de morbo Gallico; de Balneis. In aphorismos etiam Hippocratis expositionem adornavit, nec obscurum inde auctori nomen factum. Studii felicitate non impari mathesim excoluit (*a*) putaruntque (*b*) nonnulli, Galateum inter primos fuisse, qui Tabulas geographicas, idrographicas, & chorographicas exiguæ paginæ spatio accurate delineavit. Et quidem in Epistola ejusdem Galatei ad Altilium legitur: *Habebis fortasse mea munuscula, hoc est plagas mundi in arctum coactas meis manibus exaratas, quæ & navigandi tramites monstrent, & Galateum tibi referant absentem*. Laudant præterea illas Razanus (*c*) Albertus (*d*) &

(*a*) Petr. Ant. de Magistris in Vita: Hier. Martianus in Memoriis historic. Iapyg. lib. 4. c. 17. Dominic. de Angelis in Vit. pag. 51. (*b*) Razanus apud Leand. Albertum in Iapyg. (*c*) apud Albert. loc. cit. (*d*) in Descript. Iapyg. agens de Ant. Galat.

Christophorus Forolivienfis quorum primus etiam vidit (*a*). Egregie fane Antonium in Geographia verfatum fuiffe, Commentarium ad Ptolemæi Tabulas luculenter oftendit, pretiumque hac in parte fibi vindicant non vulgare Defcriptio Callipolis, Opufculum de Peregrinatione Hierofolymitana, & qui *cum antiquis* Paulli Jovii judicio eft *comparandus*, liber de fitu Iapygiæ. Aftrologiæ peritiam multis in locis vir doctiffimus palam facit. In Apologetico ad Bellifarium Aquivivium: *in cognofcendo fitu Cæli, Terrarumque* folicitudinem prodit. In hoc ipfo opere aftrologiæ peritiæ non obfcura præbet indicia; neque hanc laudem reticet affixum ejus tumulo Epitaphium, quod ipfe dictaverat. Dicendi etiam genere valuit: quamobrem multas reliqnit orationes (*b*) fermonefque varios ingenii acrimonia, & felecta eruditione fpectandos

(*a*) In Chronic. magnæ Græciæ, five Iapigiæ. (*b*) Vide Catalogum operum Galatei poft vitam ejus fcriptam a Dom. de Angelis.

dos : *ſtudia, quæ ſectabatur*, teſte Paullo Jovio, (*a*) optimis literis expolivit; *extenditque ingenium uſque ad poeticam laudem : ob id a Pontano, Hermolaoque graviſſime celebratus :* Vincta numeris Oratione reliquit non latina modo, & græca, verum etiam Etruſca Carmina; viguitque metro lyrico; ſatyraſque perjucundas, lepidaſque compoſuit. Item Epigrammata, Eclogas, Elegias. Hæc tamen pro re nata oblectamenti cauſſa, & fere ex tempore panxit : quam longiſſime abſens, ut ſuis verſibus ſeræ poſteritati nomen compararet. Quin Belliſario Aquivivio Neritinorum Duci monenti, ut felix ad carmen ingenium excoleret, quæreretque hoc conatus genere poſt interitum gloriam in Opuſculo de gloria contemnenda : quaſi id ſibi facultatis non fuiſſet, cauſſas prætexuit : *Jubes me (inquit) forte lyram capere, & Carmina pangere, ut ſaltem hoc modo poſt obitum vivam? non omnia poſſumus omnes. Negavit* na-

(*a*) In Elogio Antonii.

natura, nec possumus invita Minerva facere: nec superest tempus etiamsi natura non negasset. Tentavit & Græcos scriptores latine reddere; at labor varia de caussa non successit. Quare vereor, ne falsum sit, quod alii contra sentiunt. Scripsit enim ad Hermolaum Barbarum idem Antonius (*a*): *Volui & ego experiri ingeniolum meum; sed, si vis me verum fateri, multum me aliæ impedivere curæ. Sed multo magis me ab incepto deterruit magnitudo rei: namque interpretari multi possunt, bene vero interpretari paucorum est.*

IV. Neapolitanum domicilium ad Antonii eruditionem, & nomen plurimum contulit. Notus in celeberrimam Pontani Academiam cooptatur (*b*): quod honoris genus non nisi doctrina, & eruditione præstantibus tribui consuevit. Hic Jacobo Sannazario, Joviano Pontano Neapolitanæ Academiæ Patri, Gabrieli Altilio Policastrensium

(*a*) In Epistola de Interpetatione Themistii (*b*) Ex Epist. ad Hieron. Carbonem de morte Pontani.

ſium Epiſcopo, Hieronymo Carboni, Marino Pancratio, Laurentio Vallæ, Valeſio, Cariteo, Pardo, Chryſoſtomo, Montagnanæ, Summontio, ceteriſque viris doctiſſimis, qui per ea tempora urbem ipſam ornabant, familiariter uſus eſt: magnifice etiam ab eis auctus laudibus. Ibidem Hermolaum Barbarum non vidit tantum audivitque, verum etiam cum eo *per biennium* (*a*) *conjunctiſſime vixit*. Ipſe Galateum amavit unice, inſcripſitque illi Interpretationem ſuam in Paraphraſim Themiſtii ad Phyſicen Ariſtotelis. Pari in pretio, & amore fuit Antonius Joanni Matthæo Aquivivio Duci Hadriæ Belliſario, germano fratri Neriti Domino, doctrina, & eruditione claris: nec non Joanni Baptiſtæ Spinello Cariatenſium Comiti, Triſtano, Franciſco, & Ciarlettæ Caracciolis, ac Proſpero Columnæ. Ludovicum item Montaltium Syracuſanum, multarum rerum

(*a*) In Epiſt. de laudibus Venetiar. ad Loyſium Lauredanum.

rum peritia commendatum, Nicolaum Leonicenum Philosophum & medicum doctissimum, Loysium Lauredanum, aliosque alibi agentes viros spectatissimos, familiares habuit: quemadmodum ex Galatei, & illorum liquet scriptis.

1475.

V. Quo merito tot Illustrium virorum consuetudinem, & existimationẽ sibi comparavit Antonius, senioris Ferdinandi Regis, regiorumque Principum gratia floruit. Ejus opera Rex sapiens libenter utebatur in rebus medicis; interdumque patefecit quanti virtutem ex eruditionem penderet. Quum *ædes Mortuorum* dictas construxisset apud Puteolos, quæ ut in tanta locorum mutatione licet conjicere, non longe absunt a Ciceronis Villa, aquarum scaturiginibus medentium oculis, & Plinii testimonio (*a*) clara: *noscendarum rerum avidus*, Galateum eodem misit, ut an re vera essent miracula, quæ de

(*a*) Lib. 31. hist. nat. cap. 2.

de aquis illis narrabantur, perquireret. Regi mature obtemperavit Antonius; captumque exinde salubrium aquarum experimentum, posteritati commendavit his verbis (a) *Ego accersitis medicis, quin etiam ipsis ægrotis, quorum oculi, aut caligaverant, aut lippitudines, aut ophtalmias, aut scabies, aut imaginationes, aut suffusiones, aut rubores, aut lacrimas, aut epiphoras, aut cataractas, aut alios morbos passi fuerant, & si nonnulla citra veritatem (est enim tam ad laudandum, quam ad nimis vituperandum præceps humanum genus) tamen plura mirabilia vere, & fideliter referri comperi, quæ hoc in loco meminisse non licet.*

1475.

Per hæc tempora levibus quidem, at frequentibus juxta, ac periculosis Antonius laborabat morbis. Quare sæpe numero reparandæ & confirmandæ salutis caussa Neapolim, Aquilam, & in circumposita Vestinorum oppida divertit pro-

(a) Lib. 2. de Podagra curanda ad Altilium pag. 39.

profuitque id cælum affecto corpori. Ea in urbe arcta cum primis consuetudine usus est Blasii Piconis Ficulani, viri eruditione, ac medicinæ peritia clari, ut constat ex ejus ad Galateum datis literis : cui ille *de Aere* item Ficulano inscripsit opusculum.

1478.

VI. Anno Christi quadringentesimo septuagesimo octavo supra millesimum, Venetias invisens, paucis ibi diebus moratus est. *(a)* In Iapygiam autem reversus uxorem duxit *(b)* Mariam Lubellam Sanaricæ reguli filiam; ex qua quinque suscepit liberos, Marcum Antonium, opulento Sancti Aniceti auctum sacerdotio, Galenum, Antonium, Lucretiam, & Elisabetham. Alter ejusdem filius nomine Cæsar in Arbore Genealogica Gentis Ferrariæ Galateæ *Notbus* dicitur. Ex Antonio Antonius nepotem habuit

(a) Epist. ad Loysium Lauredan. (b) Petr. Ant. de Magistris in Vit. Antiqua monimenta, & arbor Genealogic. Ferrariæ Gentis Galateæ.

buit Petrum Antonium, in quo virilis ipsius sexus extinctus est. Elisabeth nupsit viro nobili N... ad cujus filios, posterosque avunculi demum hæreditas devoluta est. (*a*) Genero suo *decimam omnium fructuum*, qui in Agro Rudiensi prope Lupias nascebantur, singulis annis provenisse testatur in libro de situ Iapygiæ (*b*). Maria Uxore vita functa cælebs vixit (*c*): nec levia videntur argumenta, quæ illum Sacerdotem fuisse indicent. Enimvero archetypa ejusdem effigies, quam apud Ferrarios gentiles suos Galatenæ servatam spectavimus, eo prorsus vestis genere, qua Græci per id temporis Sacerdotes utebantur, ornata est. Ipse autem in opusculo de pugna a tredecim Equitibus Gallis, totidemque Italis Barii commissa, quo die manus sunt confertæ pro nostratibus ad sepulchrum divi Nicolai

(*a*) Ex Process. authograph. Benefic. S. Jacobi servato in Archivio Episcopat. Neritin. pag. 9. (*b*) pag. 64. (*c*) in Descript. Callipolis.

colai *rem divinam se fecisse* commemorat.

VII. Opes illi tenues magis, quam largæ fuerunt. Paterna prædia, & hæredia in fundo *Phulciliani* (*a*) non longe ab oppido Galatena possedit. Villulæ suæ sex millibus passuum Baleso distantis, meminit in libro de situ Iapygiæ: in qua *innumera coctilia*, *& Tabellas marmoreas*, *& varia Vasculorum genera*, *visa sibi opera non ignavi artificis*, *nec pauperis Domini se invenisse scribit* (*b*): *Thermas* etiam ibi detectas *sumtuosissimi operis*. In libro de situ Terrarum, & marium ad Sannazarium & alibi, *Treputeana Villa* memoratur, quam in Epistola ad Chrysostomum *plusquam dimidium bonorum suorum* appellat. In oppido Galatena Ecclesiam habuit Sancti Jacobi non inopi ditatam sacerdotio Juris sui. (*c*) Hanc ipsemet laudat in libro de situ Iapygiæ: in eaque magnam Græcorum

(*a*) Ex Testamento (*b*) pag. 84. (*c*) ex Processʃ. Beneficii S. Jacobi Gabaten. paullo ante memorato.

rum librorum copiam avo suo fuisse prodit, quos aqua delevit, atque consumsit. (a) Alia idem bona bonis artibus, & laboribus subinde comparavit: que tamen fortuna adversans, diuturna esse non sivit (b).

1481.

VIII. Hydruntino bello ab Alphonso Calabriæ Duce adversus Turcas gesto interfuit (c); ejusque præcipuam, ut aliqui ferunt, latino sermone scripsit historiam: quæ a Joanne Michaele Martiano Italice reddita, primum Cupertini anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo tertio, deinde Neapoli anno præteriti seculi duodecimo publicis typis vulgata est. Latinum opus, quamvis vir Clarissimus Dominicus de Angelis multorum manibus teri prodiderit (d), diu tamen a nobis aliisque perquisitum, inventum est numquam.

(a) Pag. 117. (b) Vid. n. (c) in Epitaph. Alphonsi Regis, & in Epist. ad Pyrrhum Castriotam. (d) in Vit. Ant. Galat. pag. 43. & seq.

quam. An revera id ſcripſerit Galateus, viri critici ſerio dubitant. Petrus Antonius de Magiſtris Galatei recenſens opuſcula [a], aperte teſtatus eſt: *De bello vero Hydruntino Tractatus a Joanne Michaele Martiano in Italicam linguam verſus, an ſit ejuſdem, ambigitur.* Momenta, quæ dubitationem firment, Stephanus Catalanus Callipolitanus ante annos centum expreſſit in præcipua ad Amicum Neapolitanum Epiſtola, jampridem nobiſcum communicata a Thoma Alexandro Arcudio Galatino, ex Ordine Prædicatorum bene de literis, & patria meritus; cujus evulgandæ opportunior fortaſſis erit occaſio. Idoneo etiam teſte caret, quod de Treputeana Villa ob probe ſcriptam belli Hydruntini hiſtoriam Galateo ab rege donata recentes ſcriptores memorant [b].

1494.

IX. Alphonſus anno milleſimo quadringēteſimo nonageſimo quarto

(a) In vita ejuſdem (b) de Angelis loc. cit.

